









1759.

61

1. Cholerius, Ernestus Martinus : De alimentois
2. Cholerius, Ernestus Martinus : De institutione heredis  
cum malorum eto.
- 3<sup>a</sup>. Cholerius, Ernestus Martinus : De forma.  
~~3<sup>b</sup>. Cholerius.~~
4. Georgius, Christ. Ligismundus : institutum Do. Gottlob  
Wagneri . . . libet seculi Halfruns officie  
memoriem oratione anni versaria . . .  
celebraturi ciuitas. et studiorum factoribus cum  
memorat
5. Georgius, Christ. Ligismundus Rektor acad. W. Helsig :  
institutum Dr. Fr. Serlei Pachini liberalitatis  
Marshallianae memoriam oratione anni versaria  
. . . celebraturi ciuitas et studiorum facto-  
ribus commendat.
6. Henacus, Christopher : Ord juri iuris . . . decamer:  
lectio generalis . . . v. p. (ad dispensationem, in ang.  
Domus Ligismundi Zastler; ini. lat.)

43

7. Henacus, Christianus : De reversione Saracica  
specialim quod ad factis hypothesis affinitas

8. Henacus, Christianus : De testamentis ordinantibus  
gia Kraus - Daurme

9. Krausius, Georg. Tertius : Differentiam emanata.

Lionis facitae Romanae ac Germanicae  
corripect

10. Langguth, Georgius Augustus : Facultatis medicarum  
Senior et . . . Decanus : panegyris me-  
dicorum . . . inscrit (ad disputacionem inaug.  
Frances Christiani Augusti Neufi invitat)

11. Riximus, Andreus Flores, Ord. juri. . . Senior et  
. . . Decanus : Doctori benevolo s. (ad disputa-  
lionem Christiani Augusti Haussknecht invitat)

12. Riximus, Andreus Flores, Ord. juri. . . Senior et  
. . . Decanus : Doctori benevolo s. (ad disputa-  
lionem inaug. Henrici Anterioris Berolinensis)

instat).

13. Rissimus, Andreas Flores, Ord. iuridici. . . Pro-  
cessus et Senior : lectori benevolo s. (w 13 pa.  
laborum inaug. Ernesti Trif. Christ. Klugelii  
instat.)

14. Rissimus, Andreas Flores : De honestate non honestata

15. Werner, Michael Gaspard : De auctoritate  
iuris canonici in processuibus.

16. Werner, Michael Gaspard : De recta sponsa-  
lisorum de praemissis et de futuro applicacione

1760.

1. Catholicon, Ernestus Martinus:

Kraunius, Georgius Fridericus : Resonatus praede-  
sum rusticorum

2. Kraunius, Georgius Fridericus : De vindicatione ses-  
tationis

3. Müncker, Leonidas Ludovicus : Theses entitiorum  
sententiarum concordantes.

43.

4. Rivoire, Bertrand Horace : De pigmento fictione  
 a multis personae inter patrem et filium  
 5. Rivoire, Bertrand Horace : De privilegiis clericorum  
 cum in sponte designationem resignantur  
 vel renuntiatur non carantibus.  
 6. Werner, Michael Gottfridus : De resignatione jure  
 eiundem mire abrogatione in ultimis ordinis  
 statibus cessante

1761.

- 1<sup>a</sup> = <sup>6</sup> Chardonius, Ernestus Martinus : De ususco fatore  
 principis minus suspecto. 2 resp.
2. Chardonius, Ernestus Martinus : De pacto obsequio
3. Chardonius, Ernestus Martinus : De obligacione libertatis  
 fidei reversales dantis caherebantur.
4. Freybergius, Joannus Iacobus : De auctoribus exortis  
 et riuariis
5. Hanacius, Christianus, Ord. jardini Secacius :  
 Lectio benevoli s. d. p. (in organizationem inaugaralem  
 Joannellis Gottuli Freybergi iurata)

9799<sup>a</sup>  
9799<sup>b</sup>

No: 873,

16

DE  
**S E N E C T V T E**  
**NON HONORATA** 1759  
PRAESIDE 14  
**A N D R E A F L O R E N T E**  
**R I V I N O D**

POTENTISSIMI AC SERENISSIMI REGIS POLONIAE  
AC ELECTORIS SAXONIAE CONSILIARIO AVLICO  
DIG. VET. PROF. PVBL. ORD. CVRIA PROVINC  
CONSIST. ECCLES. ITEMQUE SCABINATVS  
ASSESSORE FACULT. IVRID. SENIORE  
H. T. ACADEMIAE RECTORE

*IN AUDITORIO MAIORI*  
PRO OBTINENDIS  
SVMMIS IVRIS VTRIVSQUE HONORIBVS

D. VIII. IVNII 1758  
HORIS ANTE ET POST MERIDIEM CONSVENTIS  
DISPVTA BIT  
AVCTOR

ERNESTVS GODOFR. CHRIST. KLÜGEL

ADV. IMMATR. ET CIRC. ELECT. DEPVT. STEVR. ACT.

VITEMBERGAE  
EX OFFICINA SCHLOMACHIANA

DE  
S E N F E N G U T E  
A T T A R I O N O R I K Y

K R A F F S I D E R

A N D R E A T L O R E N T E  
R I V I N O D

L O C H T I C K I C H S E R I E N H I C H T H E I S T L O C H M A N  
D E N H O M E R S S Z E K U L A R E T O N S T A T U O V A L I O  
C H A R T E R B R O N C H E  
L O C H T I C K I C H S E R I E N H I C H T H E I S T L O C H M A N  
D E N H O M E R S S Z E K U L A R E T O N S T A T U O V A L I O  
C H A R T E R B R O N C H E

P R O O P T H A N D I S  
C H A R T E R B R O N C H E


C H A R T E R B R O N C H E

C H A R T E R B R O N C H E

C H A R T E R B R O N C H E

M I T T E I L U S T R A T I O N E

E X Q U O D I C I A L E A R C H I V I C H I C H T H E I S T L O C H M A N



## DISPV TATIONIS CONTENTA

§. I. *Vindicatur seneclus a dicto pli-nii: Natura nihil breuitate vi-tae praestitit melius.*

§. II. et III. *Exempla variarum gen-tium recensentur, quod ad rempu-blicam administrandam adhibentur senes.*

§. IV. *Disquiritur, quando incipiat seneclus moribus Romanorum, Ger-manorum, et legibus Romanis,*

§. V. *aliarum quoque gentium consue-tudinibus, et opinionibus quorun-dam tam ICtorum, quam aliorum.*

§. VI. *Adiiciuntur opinione de sene-clitis partibus.*

§. VII. *Commonstrantur leges, quaे senibus praefari honorem, prae-ci-piant:*

§. VIII. *id tamen non caret exceptio-nibus. Etenim, qui in seneclute locuples factus est, ab onere munc-rum publicorum non eximitur, quod tamen limitatur tribus modis:*

§. IX. *primum, ut ante a nullo publico munere funclus sit,*

A 2

§. X.



§. X. deinde, ut magis pecuniae erosionem habeat indicii muneris administratio,

§. XI. tandem, ut facile sufficientes viri publicis muneribus non inueniantur.

§. XII. Senes quoque prohibentur a matrimonio, testamenti factione, testimonio et collegiis;

§. XIII. citantur, consciuntur in vincula, torquentur,

§. XIV. et puniantur, cum leges transgressi sint.





§. XV. Obiciuntur senectuti multa vitia, delirium quoque; inde forsitan Deponant.

§. XVI. Reuerentia senibus in bello non praefatur. Ab ipsis certissime expelanda est mors, siue naturalis ea sit,

§. XVII. sine coacta, uti obtinuit apud gentes quasdam.

§. XVIII. Adduntur postremo alia quaedam senectutis non honoratae genera.





L. 5. pr. D. de iure immun.

CALLISTRAT. Lib. I. de cognit.

Semper in ciuitate nostra senectus venerabilis fuit; namque maiores nostri per eundem honorem senibus, quem magistratibus tribuebant. Circa munera quoque municipalia subeunda idem honor senectuti tributus est. Sed eum, qui in senectute locuples factus est, et ante nullo publico munere funetus est, dici potest, non eximi ab hoc onere privilegio aetatis: maxime, si non tam corporis habeat vexationem, quam pecuniae erogationem indicti muneris administratio, et ex ea sit ciuitate, in qua non facile sufficienes viri publicis muneribus inueniantur.

---

DE  
SENECTVTE NON HONORATA

§. I.

**T**RITVM satis est proverbiū: senectutem ipsam esse morbum, et grauiter conqueritur PLINIVS: <sup>a)</sup> hebetuscunt sensus, membra torpent, praemoritur visus, auditus,

A 3

a) Hist. Natur. Lib. VII. Cap. 50.

ditus, incessus, dentes etiam ac ciborum instrumenta: et tamen vitae hoc tempus annumeratur; ex eoque concludit: naturam nihil breuitate vitae praestitisse melius. Sed multum abest, ut hac in parte eius sententiae adscribendum esse putemus. habet senectus etiam sua commoda, <sup>b)</sup> et imbecillitas non proprium senectutis est vitium, sed commune valetudinis, ut ait CICERO.<sup>c)</sup> Ipse PLINIVS<sup>d)</sup> Xenophili Musici, CICERO<sup>e)</sup> Appii, XENOPHON<sup>f)</sup> Agesilai Regis Lacedaemoniorum, PLUTARCHVS<sup>g)</sup> Antigoni, Phocionis, Masinissae, Catonis exempla afferunt, quorum singuli admodum senes viribus destituti non fuerunt: quae tamen res, cum non infrequens sit, innumeris corroborari posset exemplis. Quis est, cuius animo non obueretur Potentissimi adhuc imperantis Angliae Regis GEORGII II virtus, qui sexagenarius anno nostri saeculi XLIII in Germaniam profectus exercitum contra Gallos duxit, et gloriosam apud Dettingam, pagum Moguntiacum, sua reportauit praesentia victoria. Errauit igitur PLINIVS, sed condonandum hoc est pagano, qui quid senectuti bonum insit, nescit. Summum aliter

nos

b) De his agunt OTTO GOBER *Quaest.*  
resol. de molesta senect. Norimb. 1537.

H. KNAVSTEN *senect. encomium* au-

die Jugend, Frf. 1567. *Consideratio-*  
*nes de commodis senect. in vita Chri-*

*stiana, ciuili, oeconom. et solitar.*  
quae prodierunt Gallice Paris 1678.

PALAEOTVS, Card. Bonon. *de bono*

*senectutis*, Rom. 1595. Nuper-

ime autem Cel. FORMEX librum

edidit, cui titulus: *Les avantages de*

*la vieillesse* Berl. 1759. cuius versio  
Germanica proxime expectatur. E  
contrario ERASM. ROTEROD.  
*de senectutis scriptit incommodis car-*

*mén.*

c) *De Senect. Cap. XI.*

d) *Loc. cit.*

e) *Loc. cit.*

f) *Orat. de Agesilaoo in fine.*

g) In libro: *An seni gerenda sit respu-*

*blica.*

nos docuit Numen. Vitae namque longacuitas praemium est obedientiae et pietatis:<sup>b)</sup> et contra maximae irae Diuinae effetus est, quando senibus debitum honorem non praestari permittit.<sup>d)</sup>

## §. II.

IN hoc vero imprimis laudanda est senectus, quod ii, qui eam attingunt, multa experientia edocti sint, sapientiores redditur, nec impedianter animi affectibus, quod praeclarum aetatis huius munus nominat CICERO.<sup>a)</sup> consilia igitur et cogitationes ipsorum non solum copiosa, sed saniora etiam et ponderata magis. Id fere ab omnibus obseruatum fuit gentibus. Indiae reipublicae administrationem ipse Deus concessit senioribus.<sup>b)</sup> Romanorum senatus a senibus appellatus est,<sup>c)</sup> aetate prouectis committebatur cura reipublicae,

ductor

<sup>a)</sup> Ex promissione praeceptri IV Decalogi et Exod. XXIII, 16. Ps. CIX, 8. Proverb. XVI, 31. non ipsorum senum solum respectu, sed etiam sui populi, Zachar. VIII, 4.

<sup>b)</sup> Exemplum est Thren. V, 12. et v. 14. Senes in porta defierunt, quod elegerant CASTELLIO ad Iudeorum mores secundum ritus Romanorum explicandes verit: *Senatores in curiis defunt.* vid. et Deut. XXVIII, 50. et alia loca.

<sup>c)</sup> Lib. cit. Cap. XII.

<sup>d)</sup> Num. XI, 16. 17.

<sup>e)</sup> Cic. Lib. cit. Cap. XVI. In agris tunc erant senatores, id est senes. Hanc et alii affirmant etymologiam. Adhuc quoque apud Anglos, Batavos, passim in Germania et alibi

senatores nomen accipiunt a seno, aut, uti Ober Alten, Graecis πέριβολοι non senectutem solum, sed et honorem significat. γέρων etiam a γέρεσ. In Iure Feudali quoque Senior nominatur feudi dominus, itemque in Capital. CAROLI M. Senior significationem Domini habet. Porro a Senior venit Gallicorum Seigneur, Italorum Signore, Hispanorum Señor. Graf quoque, olim Graue, Grave, venit a Gran. KIRCHMAIER. ad Tac. de M. G. Cap. XIII. Quid, quod Assassinarum (populi partis Phoeniciae) rex alio nomine non appellatus fuit, quam senex de montibus, senex de montanis, licet iuuenis fuerit. Geschichte der Königl. Acad. der Wiss.

— — — *ductorque placebat,*  
*Non qui praeceperit traheret simul omnia casu,*  
*Sed qui maturo vel laeta vel aspera rerum*  
*Consilio regeret momenta.* <sup>a)</sup>

Non minus imperium inter Spartanos penes seniores fuit. <sup>c)</sup> Atheniensium Ephetae infra L annos nati esse non poterant. <sup>f)</sup> Persarum antiquorum senes a militia, cum bellum extra regni fines gereretur, vacabant, iudices vero domi erant, et de capite non cognoscebant solum, sed etiam omnes ab iis legebantur magistratus, uti ea refert XENOPHON.<sup>g)</sup> Ne vero, qui primi nominandi erant, omittantur, veteres Germani, bene de his annotauit CAESAR: <sup>b)</sup> *Germani frequentes, omnibus principibus, maioribusque natu adhibitis, ad eum in castra venerunt;* <sup>d)</sup> et TACITVS <sup>k)</sup> narrans, quomodo apud ipsos comitia fiant: *mox rex, vel princeps prout aetas cuique, prout nobilitas, prout decus bellorum, prout facundia est audiuntur.* Itaque genti huic senes aequales erant principibus, et adhibebantur ad legationes, iudicia,<sup>i)</sup> consultationes. De Getis similia refert CLAVDIANVS in *bello Getico,*<sup>m)</sup> vbi Getarum

*Verus ductor adest; et viuida Martis imago  
 Consultare iubet bellis annisque verendos.*

### §. III.

- fensch. zu PARIS Tom. VIII. 15te h) *De B. G. Lib. IV. Cap. XIII.*  
 Abhandl. MOREY Tom. I. sub i) *Conf. ill. MASCOVII Geschichte der  
 articulo: Affassiniens. Deutschen Lib. II. §. 38. p. 53.*
- d) *CLAVDIAN. de bell. Get. v. 116.* k) *De M. G. Cap. XI.*  
 e) *XENOPH. de Lacedaem. republ.* l) *Ill. von BANAU deutsche RAYS. und  
 f) *SVIDAS voc. ἐφέται.* Reichs-Hist. I. Theil I. Buch p. 55.  
 g) *Hist. Cyri Lib. I.* m) v. 467. 479.*

## §. III.

VETERES Christiani etiam regebantur a senioribus suorum conuentuum ; inde etiam nomen Presbyteri.<sup>a)</sup> Hoc tamen postea mutatum est, et circa medium seculi III iuniores etiam electi. Sic scripsit SYRICVS Pontif.: *Presbyterorum vero nomen, quanquam a senectute sit sumptum, magis tamen maturitatem indicat sapientiae, quam caniciem corporis:*<sup>b)</sup> et ANACLETVS ad Italiae episcopos:<sup>c)</sup> non propter decrepitam senectutem, sed propter sapientiam presbyteri nominantur. Presbyteriani tamen Reformati retinuerunt, aut restituerunt potius hoc institutum, quibus parochiis et duo ex senioribus loci sui Consistorium constituunt, quod ecclesiasticam dirigit disciplinam, de ebrietate, ludis, fornicatione, et aliis cognoscit criminibus, idque in Anglia ex Parlamenti permissione data 1645. a quibus quoad hanc rem differunt, sed parum, independentes eiusdem religionis. In primis autem hanc barbarae (vti vocari solent) gentes amant consuetudinem. His etenim cum scientiarum utilitates sint incognitae, nihil ipsis restat, quam experientia: cumque eam in seibus, quorum praeterea aetas in se iam honorata est, inueniant, necessario fere auxilium et consilium ab ipsis petunt. Huius rei duo afferam exempla. In republica Algiereni supremus exercitus dux, ipsis Aga, ille est, qui ex omnibus militibus diutissime militauit, et sic etiam reliqui exercitus praefecti ita se sequuntur, ut quisque longissime arma pro republica tulit. At

B omnis

a) SAM. HILL, *de Presbyteratu Cap. IV.*

b) C. 5. *dift. 84.*  
c) C. 6. *dift. cit.*

omnis penes militem in eo regno est potestas, maiorque exercitus quam Diuanis autoritas. Re ipsa igitur ab admodum sene regitur respublica. <sup>a)</sup> Indigenarum Brasiliae domus (in vna vero domo usque ad L habitant familiae) a seniore ipsis, et pagus ab illo, qui inter omnes hos seniores maxime natu est grandis, regitur, a quo etiam pagus nomen accipit. <sup>b)</sup> Quid igitur mirum, quod gentibus bene moratis aequum visum fuerit, honorem praestari senibus, quin itmo id legibus confirmauerint; quae nunc paululum contemplandae veniunt: antea vero, quis nominetur senex monstrandum est.

## §. IV.

QVANQVM senectutis praecipuum sit signum, si corporis deficient vires, itaque et tunc obrepere illam dici posset, quando hae diminuuntur, <sup>a)</sup> sicuti id etiam communis loquendi usus comprobare videtur: <sup>b)</sup> attamen cum cuiusque aetatis certus

fit

<sup>a)</sup> LE ROY Staats-Verfassung des Rbz  
nigr. Algier Cap. VII. et XL.

<sup>e)</sup> Haec narrat SOUCHU DE RENNEFORT, Hist. des Indes Orient. Part. II.  
Livr. I. Chap. 5. Les aldées des autres (habitans naturels du païs, qui ne sont pas chrétiens) sont ordinairement sur le bord des rivieres composées de nombre de grandes maisons bâties de gros troncs d'arbres, et couvertes de feuilles. Il se trouve sous un de ces zois jusqués à 50 familles séparées

par des feuillages. Le plus vieil de chacune ordonne aux autres ce qu'ils doivent faire, et le plus âgé est le chef de l'aldée, qui porte son nom: elle en change, quand il vient à mourir, pour prendre celui de son successeur.

<sup>a)</sup> Hoc et inter alios inquit ROB. WELSTED de act. vergent. Cap. II. quo statuit, nihil certi de senectutis termino affirmari posse. Physice quidem hoc extra dubium est.

<sup>b)</sup> Non in vernacula solum, ubi saepe

sit terminus, virium vero decrementum admodum incertum, suum etiam statumque habebit senectus initium. Haec scilicet aetas aequa est pars vitae humanae, ac infantia, adolescentia, virilis aetas. Cum vero anno XIV aut XII adolescentia, anno XXV (apud Romanos)<sup>a)</sup> aetas virilis ingrediatur, aequum est, vt aetas vltima etiam habeat terminum, vnde incipiat. Eum determinatum fuisse apud Romanos, ex CICERONE demonstrari potest, qui: *omnium, scribit, aetatum certus est terminus.*<sup>b)</sup> Fuit autem annus aetatis L. Ita enim iterum ille:<sup>c)</sup> *quantum spatium aetatis maiores nostri ad senectutis initium esse voluerunt, tantus illi (Valerio) cursus honorum fuit.* Narrat vero antea, inter primum et sextum M. VALERII CORVINI consulatum XLVIII<sup>d)</sup> annos interfuisse. Itaque commumerato primo et vltimo consulatu L sunt anni. A fine militiae etiam hoc comprobari potest. Cum SERVIUS Rex in eum finem in classibus populi Romani iuniorum separauerit centurias a seniorum, vt ii sint, qui militarent, hi, vrgente nisi necessitate, vacarent, annus L aetatis omnino fuit senectutis initium, assidente quoque SENECA:<sup>e)</sup> *lex a Limo anno militem non cogit.*<sup>f)</sup> Hic

B 2

annus

de quadragenario audimus, fieri senem, Er macht sich alt: sed etiam veterum temporibus, vii quidem apud CICERO de sen. Cap. X. proverbum reprobat vetus laudatumque: *mature fieri debere senem,* si quis diu senex esse velit.

<sup>c)</sup> Hinc prima aetas perfecta nominatur aetas XXV annorum, nimirum quarta pars termini humani in C

anno constituti. Vid. GUNDLING.  
Digest. Lib. IV. Tit. IV. §. 4.

<sup>d)</sup> CAT. MAI. Cap. XX.

<sup>e)</sup> Ibid. Cap. XVII.

<sup>f)</sup> XLVII VALER. MAX. Lib. VIII. Cap. XIII. sed omnino anteferendum CICERO, cum ex eo historiam petierit VALERIVS.

<sup>g)</sup> De breuit. vitae Cap. vlt.

<sup>h)</sup> TIBERIO tamen Historicus Seruium

annus L in Camera Imperiali adhuc pro senectutis habetur initio.<sup>i)</sup> Alias autem Germani annum LX ponunt huius aetatis principium, quod ex Iure Prouinciali Saxonico, permittente maiori LX annorum, si petat, curatorem dari;<sup>k)</sup> ex Iure Sax. Ele<sup>ct.</sup> quo parentes reseruato usufructu gegen einen Auszug apud liberos commorantes non obligantur domino iurisdictionis ad seruitia, si annum LX excesserint;<sup>l)</sup> et ex communni prouerbio: 60 Jahr fängt Alter an, apparet.<sup>m)</sup> Iure Romano Iustinianeo senectutis varium videmus principium. Liberta maior L annis non cogitur patrono operas praestare.<sup>n)</sup> Maiores LV annorum ad munera personalia vocari inuiti non possunt;<sup>o)</sup> nec ad Decuriones inuiti allegi, nisi ex causa.<sup>p)</sup> In causis alimenterum ii, qui supra LX annos vixerunt, omnes aequales iudicantur.<sup>q)</sup> Sexagenariis quoque arrogandi facultas confer-

tur.

scriptis annum XLVI aetatis vacatio-  
nis senioratusque posuisse initium,  
**GELL.** N. A. Lib. X. Cap. 28.  
codemque de anno scribit **POLY-  
BIUS de milit. Rom.** Certior tamen  
omnino est annus L, quo cogi amplius plane non potuerunt, licet  
stipendia nondum impleuerint. Iste  
terminus adhuc maturior apud A-  
thenienses. His etenim post annum  
XL data fuit a militia vacatio, **DE-  
MOSTH. Orat. de Cor.**  
**i) GAIL. Obscr. XCII. num. 7. Lib. I.**  
**WEHNER Obscr. XX. num. 5.**  
**Cent. I.**  
**k) E. N. Lib. I. Art. 42.** Ueber 60 Jahr

ist der Mann über seine Tage kommen.

**l) Mand. Sax. d. 12. Jul. 1681. Cod.  
Ang. Tom. II. pag. 26.**

**m) Idem annus LX (vel LXV ut in  
aliis edition.) apud Syrios fortasse  
fuit senectutis initium. Eo enim  
aetatis anno tributa non amplius  
soluebant. L. 3. ff. de censibus.**

**n) L. 35. ff. de oper. libert.**

**o) L. fin. C. qui aer. vel profess.**

**p) L. 2. §. 8. et L. 11. ff. de Decurion.**

**q) L. 68. ff. ad Leg. Falcid. ab annis  
XL usque ad annos L tot annorum  
computatio fit, quot aetati eius ad  
annum LX deerit, et postea: ab an-  
nis LX cuiuscunq; aetatis fit, anno-**

tur.<sup>a)</sup> Ex his itaque annus LX assumi possit senectutis terminus. Maioribus autem LXX annorum datur a muneribus personalibus vacatio.<sup>b)</sup> Attamen his et aliis legibus, quae partim longum fatis requirerent vitae spatium ad inchoandam aetatem senilem, non tam senectutis indicare principium, quam excusandi coarctare facultatem, eamque senibus, cum nondum plane viribus sint destituti, adimere voluisse legumlatores, credendum est.<sup>c)</sup>

### §. V.

SATIS diuersas de ea re alii etiam habuerunt sententias. Apud Spartanos forte annus XL fuit primus senectutis, quia secundum ipsorum leges ab eo anno vacant a militia.<sup>d)</sup> Hannibal se senem nominauit annos natus circiter XLII. <sup>e)</sup> Annum XLV initium putat senectutis TERENT. VARRO. <sup>f)</sup> Anno LI eam aetatem inchoari malunt Aegyptii veteres<sup>d)</sup> et Persae,<sup>e)</sup>

B 3

FABRI-

rum V alimentorum quantitas compu-  
tatur. et iterum MACER: ab annis  
vero XXX tot annorum computatio-  
nem inire, quod ad annum LX deesse  
videtur. Vid. IAC. VOORDA ad  
Leg. Falcid. Cap. IX. §. 5. p. 207. seqq.

r) L. 15. §. 2. ff. de adopt.

s) L. 3. ff. de iur. immunis.

t) Quod colligere licet ex L. 11. ff. de  
decurion.

a) CRAGIVS de republ. Lacedaem. Lib.  
III. vbi de Spartanorum agit legi-  
bus Tab. XII. Lex 16.

b) Apud LIV. Lib. XXX. Cap. 30.  
erat autem nondum XXV annorum,  
cum imperator fieret, CORN. NER.  
in Hannib. Cap. III. inde ad ipsius  
reditum in patriam anni circiter  
XVII. Eutrop. III. 11.

c) Apud NON. et CENSOR.

d) Vti ex eo colligo, quod cor huma-  
num usque ad hunc annum cresce-  
re, postea decrescere erediderint.  
PLIN. Hist. Nat. XI. 37.

e) XENOPH. Lib. I. Kūρ. παύδ. 150€.

FABRICIVS, <sup>f)</sup> I. ANDREAE, <sup>g)</sup> et PLVTARCHVS reprehendens Epimenidem, quod L annos natus ad rempublicam se contulisset. <sup>h)</sup> Annus LV placuit Sophocli, qui sibi gratulatus est, quod post hunc annum bonum composuisset carmen, <sup>i)</sup> idemque GALENO. <sup>k)</sup> Annus LVII SOLONI <sup>l)</sup> fuit vergentis aetatis initium, cuius inter sententias haec legimus:

Τῇ δ' ἐνάτῃ <sup>m)</sup> ἔτι μὲν δύναται, μαλακώτερα δ' αὐτῷ  
Πέδος μεγάλην σίετην γλώσσαν τε καὶ σοφίην.  
Τῇ δεκάτῃ δ' ἔτι τις τελέσας κατὰ μέτρον ἴκοτε,  
Οὐκ ἀν διώρος ἐών μοῖραν ἔχοι θαυμάτω.

Annū LX elegerunt TIBERIVS Caesar, <sup>n)</sup> qui solitus est dicere, eum, qui ad hunc venerit annum, manū Medicō porrīgere non debere, PYTHAGORAS, <sup>o)</sup> IOANNES de Deo, Doct. Decret. Bonon. <sup>p)</sup> Glossa ad Digest. <sup>q)</sup> et RICHTERVUS: <sup>r)</sup>

hunc

<sup>f)</sup> In GAIL. Encl. pag. 33.

<sup>g)</sup> In glossa ad praef. Sexii ad verba:  
qui numerus est perfectus.

<sup>h)</sup> In libro, an seni gerenda sit respubl.

<sup>i)</sup> PLVT. modo cit. collato CIC. C.M.  
Cap. VII.

<sup>k)</sup> De sanit. tuend. Lib. V.

<sup>l)</sup> Forsan itaque Athenienses etiam ab eo anno numerarunt senectutem.

Invenitur tamen, L annos natos iam a suggesto abstinere potuisse, PLVT.

I.e. et XL natos a militia fuisse immunes. vid. §. praecl. nor. h.

<sup>m)</sup> Ἐβδομάδα. Diuisit enim SOLON vitam hominis in X hebdomades, vel VII annorum spatia. Quae diuisiō

etiam occurrit apud HIPPOCR. de carnib. et alii, et apud CENSOR. de die nat. Cap. XI. XIV. Non minus ea vbi sunt diuisione PLATO et PHILO, (posteriori quoque SOLONIS versus debemus) quibus assensum praebet HIERONYMVS Comment. in Amos Cap. VI. vbi septennium sextum vocat senectutem; hanc igitur anno XXXVI inchoat.

<sup>n)</sup> PLVTARCH. l. c.

<sup>o)</sup> DIOG. LAERT. VIII. 10.

<sup>p)</sup> In Poenitentiario Lib. I. Cap. 7.

<sup>q)</sup> Ad L. 5. pr. ff. de iur. imman.

<sup>r)</sup> Decis. I. num. 64.

hunc simul cum anno L SCHNEIDEWINVS<sup>t)</sup> et videtur L<sup>imium</sup>  
intellexisse in foeminis, in masculis L X<sup>imium</sup>.<sup>t)</sup> De LXX vitæ  
anno, quod senectutis sit initium, affirmat ISIDORVS;<sup>z)</sup> qui-  
dam de LXXX;<sup>x)</sup> alii de LXXXV,<sup>y)</sup> et fortasse alii adhuc longius  
differrunt huius aetatis initium. MENOCHIVS, vii omnia fere,  
ita etiam determinationem, an quis sit senex, arbitrio relinquit  
iudicis.<sup>z)</sup> Prius tamen omnino videndum erit, vtrum leges aliquid  
certi statuerint, aut consuetudines definiserint annum.<sup>aa)</sup>

## §. VI.

MENTIO nunc etiam facienda est, quomodo a quibusdam  
diuidatur senectus. Distinguunt inter senectutem et senium,<sup>a)</sup>  
illamque

s) Ad §. 4. I. de adopt.

t) Fretus fortasse L. 15. ff. de adopt. et  
L. 12. C. de legit. hered. vbi LX arius  
et Laria ad liberos procreandos minus  
apti pronunciantur.

u) ORIG. Lib. XI. Cap. 2. Attamen  
iam eos, qui annos L usque LXIX  
nati sunt, seniores appellant.

x) Ex 2 Sam. XIX, 32. 35.

y) Ex Ios. XIV, 10. et XXIII, 1.

z) De Arb. Iud. Qu. LIX.

aa) L. 5. ff. de iur. immunit. veluti in  
supra citr. legg. 35. ff. de oper. libert.  
fin. C. qui aet. vel profess. et reliquis  
determinatus est annus. Nonnun-  
quam consuetudinibus praestitutus  
est. Consuevit e. gr. hic Wittenber-

gae, vt LXX annos nati ciues a  
Senatu declarentur pro emeritis,  
quod efficit, vt incendio orto ab  
omnibus plane laboribus sint immu-  
nes. Reliqui enim, si sint infra L;  
delendo ignem adhibentur, supra L  
curiam forumque custodiunt, et res  
flamnis creptas.

a) Haec vero distinctio in veteribus  
fundamentum nullum habet, nec  
Latinis senium semper dicitur aetas  
annum LXX excedens, nec senectus  
semper spatium illud, quod inter L  
vel LX annum et LXX interiacet.  
Ait CIC. de sen. Cap. XX. senectutis  
nullus certus est terminus, et contra  
ENNIVS, qui tamen spatium LXX

illamque ab anno L, hoc ab LXX numerat IO. ANDREAE.<sup>b)</sup>  
 IO. de Deo<sup>c)</sup> in eundem modum, sed senectutem ab anno  
 LX ad LXX durare vult.<sup>d)</sup> Ab his non multum differt  
 SCHNEIDEWINVS,<sup>e)</sup> nisi quod senectutis terminum ab anno  
 LX et L incipiat, senium vero durare ab anno LXX ad C  
 credit.<sup>f)</sup> ISIDORVS<sup>g)</sup> etiam inter senium et senectutem discri-  
 minet; senio tamen certum initium non adscribit, sed hoc  
 extremam solum senectutis partem esse, contendit:<sup>h)</sup> at inter se-  
 niores et senes ponit differentiam;<sup>i)</sup> illos ab anno L ad LXX, hos  
 post annum LXX nominat. CALLISTRATVS separat seniores  
 a grandibus natu.<sup>k)</sup> Illos nominat, qui annum LV aetatis non-  
 dum peregerunt; hos, qui hunc annum transgressi. CICERO<sup>l)</sup>  
 inter aetate prouectos distinguit, et admodum grandes natu,  
 nullo

annorum non transgressus est, equo  
 senio confecto se comparat apud CIC.  
 loc. cit. Cap. V. Merito igitur AVS.  
 POPMA hanc distinctionem omisit.

b) Loc. cit.

c) Loc. cit.

d) Haec de Ioanne de DEO narrat  
 FRESNE in GLOSSAR.

e) Loc. cit.

f) Idque propterea, quod opinio fuit,  
 ultra C annos non extendi vitam  
 humanam, quam apud VARRONEM  
 iam inuenimus, qui, ideo etiam a  
 senectute seculum esse appellatum, dicit.  
 Lib. V. de Ling. Lat.

g) Loc. cit.

h) Idque probat ex sermone Graeco,  
 ubi πέριθωρος et γέρων eundem in  
 modum differre vult, ac ipsi senec-  
 tus differt a senio. In vernacula  
 nostra etiam tale quid apprehendim-  
 us. Dicimus quidem voces ait et  
 Ulter de omni senectute, sed hōches  
 Ulter et Greif plerumque non nisi  
 de maioribus LXXX annorum oc-  
 currunt.

i) Etiam VARRO loc. cit. qui seniores  
 ab anno XLV ad LX, post hunc  
 senes nominat.

k) L. II. ff. de Decurion.

l) CAT. MAI. Cap. IV.

nullo tamen posito termino. Alii senectutem primam et decrepitam statuunt. Alii tres senectutis faciunt classes, ut GALENS.<sup>m)</sup> Pro circumstantiarum vero ratione distingui potest inter viridem aut primam et decrepitam, sanam et deliram, negotiis aptam et minus aptam: ita vero, ut decrepita, delira, aut negotiis amplius non apta, termino certo, unde incipiat, definiri non possit, quia tunc inchoanda erit, quando haec eueniunt. In iure Canonico inuenimus senectutem naturae, gratiae, culpae, et aeternae gloriae,<sup>n)</sup> quae tamen diuisio huc non pertinet. Comici sex vtebantur senum personis, de quibus SCALIGER.<sup>o)</sup> Alias etiam senioratus differt a maioratu. Hic nominatur, quando is obseruatur ordo successionis, ut semper frater maior minoribus eiusdem lineae praefereatur: ille, si totius familiae senior succedit.<sup>p)</sup> Praetereundum tandem non est, censuisse ASCLEPIADEM Philosophum,<sup>q)</sup> initium senectutis pro climatis diuersitate variare. Aethiopes hinc anno aetatis XXX,<sup>r)</sup> Bri-

## C

tannos

<sup>m)</sup> Loc. cit.<sup>n)</sup> De quibus MARTINI Margarita decreti voc. *senes*, et loca ibi allegg.<sup>o)</sup> Poet. Lib. I. Cap. 14.<sup>p)</sup> Illustriss. FRIDERICI LUDOVICI S. R. I. Comitis de Solms et Tecklenburg, disp. de maioratu, Lips. 1729. §. 4. et 14.<sup>q)</sup> Apud PLUTARCH. Placit. Philos. Lib. V. Cap. 30.<sup>r)</sup> Diu itaque satis durauit veteribus senectus huius populi, cuius omnis caetera aetas, si credendum est HERODOTO apud VALER.

MAX. Lib. VIII. Cap. 14. exempl. extern. 5. subtriplam ad senectutem habuisset rationem. Caeterum cum de Aethiopibus hic fermo sit, non inutile erit, duo illis visitata optime ad institutum pertinentia apponere proverbia: 12 et 14 inter illa, quae BODENVS Fragm. Test. Ver. ex Veris Aethiop. p. 61. adiecit; vnum: *confilium senis, bellum iuuenis;* alterum: *ubi pauper est superbus, senex scortator, et diues auarus, ibi omnia pessime sunt confusa.*

tannos vero senescere CXX. Hos etenim corporibus gaudere densioribus, itaque et viuacioribus, et ignea ob regionis frigiditatem praeditis natura: illos vero nimio solis aestu exuri, ideoque corpora ipsorum isto calore esse relaxata, et rariora. Inquirere in huius sententiae veritatem, relinquo iis, qui causas senectutis cognitas habent.

## §. VII.

REDEO nunc ad honorem senectutis, quem variis praeceptum legibus inuenimus. Naturae ius ita velle, demonstratu facile esset, nisi cuiusque conscientia mihi hic faceret otium. Diuinum vero praeceptum habemus: *Affurges cano capiti, et honorabis senes;*<sup>a)</sup> idque vniuersale est, omnes obligans homines, ob causam ipsi appositam: *Timere enim debes Deum tuum, equidem sum Dominus.* Punitam quoque scimus contemtionem senis Eliae.<sup>b)</sup> Gentes etiam hoc probe cognitum habuerunt. Lacedaemoniorum expressae leges fuerunt: *maiorum imperium libenter pati, omnes affuestant: seniores a iunioribus quouis modo honorentur:* *senibus liberos cuiusvis monendi ius sit.*<sup>c)</sup> Et ita legis nostrae<sup>d)</sup> ait autor CALLISTRATVS: *Semper in ciuitate nostra senectus venerabilis fuit; namque maiores nostri pene eundem honorem senibus, quem magistribus, tribuebant.*<sup>e)</sup> Varia hinc ipsis competitunt iura.<sup>f)</sup> Testimonium dant domi, si LXX. annum

a). Lenit. XIX, 32.

b) 2. Reg. II, 23. 24.

c) Apud CRAGIVM cit. Tab. VII. lex  
2. 3. 4.

d) s. scil. ff. de iur. immun.

e) Quod GELLIVS etiam affirmat in  
N. A. Lib. II. Cap. 15.

f) De iuribus ac privilegiis senum habemus

num egressi sint.<sup>s)</sup> Non quidem propter reverentiam senectuti debitam, sed necessitatis caussa fieri hoc debuisse, volunt:<sup>t)</sup> attamen Ius Canonicum<sup>u)</sup> separat in hac re senes a debilitate confectis, et vult, vt ad utrosque delegatus mittatur a iudice, qui eorum excipiat testimonia.<sup>v)</sup> In CAROLI V Edicto, quod vulgo Interim nominatur, dispensantur senes a cibis quadragesimatis: ii), qui L annorum erant, apud Graecos ad suggestum non vocabantur:<sup>w)</sup> et quae sunt alia. Sed vacant etiam senes a militia, et Latinos scimus eundem veteranis praestitisse honorem, quem decurionibus, imo et ad filios eorum hoc extensum fuit priuilegium.<sup>x)</sup> Vacant etiam a caeteris muniberibus personalibus, non vero patrimonialibus, imo ab iis muniberibus eos vacationem habere, quae appellantur honores, scribit CICERO,<sup>y)</sup> quod postea tamen immutatum est, vti ex VLPIANI<sup>z)</sup> et PINIANI<sup>aa)</sup> dictis constat.

## C 2

## §. VIII.

- dispp. FR. DECKHERI, Arg. 1662.  
G. A. STRVII Ica. 1664. HENR.  
VOLCMARI Lipf. 1657. I. H.  
FELZI Argent. 1708. De singulari  
senum iure dispp. I. H. SCHÄTERI  
Est. 1696. H. LÖNSSEN disp. de  
singulari senum iure (von Degradiz  
zung und Freiheit alter Leute) hab.  
sub praef. NIC. MARTINI, Kiel.  
1689. I. REBHAU disp. de iure  
senum Argent. THEOD. SCHÖFFER  
Gerontologia, sive de iure senum,  
Quedlinb. 1705. I. PEIL tract.  
de priuilegiis senum, Welsel. 1643.  
THOM. ACTII liber de senectutis  
praerogativa, Frf. 1604. BVR.  
LAEDVS de colenda senectutis  
praerogativa, Rom. 1550. de Emeritis  
(von alten wohlverdienten Leuten)  
disp. I. ANDR. HOFMANNI Ica.

1686. TIRAQVELLV'S etiam agit  
de priuile. senum in praefat. ad lib.  
de iur. primogen.

g) L. 15. ff. de iure*ur.*  
h) Vid. DVAREN. Lib. XXIV. Cap.  
22. not. ff. ipsa etiam l. 15. cit. fo  
lum de egecijs personis et valetu  
dine impeditis agit.

i) Cap. 8. X. de testibus.

k) Fandem obseruat differentiam SCAE  
VOLA L. 8. ff. de testibus, vbi non  
de valetudinariis solum, sed de se  
nibus etiam scribit, neutros ad te  
stimonium ferendum cogi posse.

l) PLVTARCH. an seni sit ger. respubl.

m) L. 3. ff. de Veteran.

n) C. M. Cap. XVII.

o) L. 2. §. 1. et 7. de vac. et exc. mun.

p) L. 8. ff. cod.

## §. VIII.

ATTAMEN hic honor, qui debetur senectuti ob varias, tum in ipsorum senum culpa, tum in casu, tum in hominum opinione positas circumstantias non obseruat. et primum quidem casum in lege proposita *s. D. de iur. immun. contentum* videamus, qui est de sene, qui diues factus est in ultima vitae suae aetate. Talem ab onere munerum personalium eximi aetatis priuilegio **CALLISTRATVS** non vult. Bene itaque MARC. CATO<sup>a)</sup>

*Quum tibi dinitiae superent in fine senectae,  
Munificus facito vias.*

De honoribus quidem nullum fere est dubium, eis plerosque etiam senes aptos esse. Hinc aetate prouectis non remittuntur, quae consilio prudentis viri geruntur,<sup>b)</sup> veluti magistratus,<sup>c)</sup> et alii honores. PLVTARCHVS<sup>d)</sup> iam innuit: senem optime posse rempublicam administrare; posse etenim eum exemplo SOLONIS<sup>e)</sup> liberius loqui, nec ipsum decere otio frui ac ignavia, aut relinquere rempublicam, quae non manus solum aut pedes poscit, sed consilium in primis desiderat. Reprehendit tamen eos, qui in senectute demum ad rempublicam se conserunt, quod de EPIMENIDE narrat. Eos quoque, qui appetunt talia munera, quibus splendidissime nihil, ut legationes, conductiones vestigialium et alia, quae plus molestiae gerenti faciunt,

quam

a) *Carm. de moribus v. 173.*

d) *Lib. cit.*

b) *L. 2. §. 7. ff. de vacat. mun.*

e) *Cic. cit. Cap. XX.*

c) *L. 12. ff. de mun. et honor.*

quam commodi afferunt ei, cuius geruntur gratia; vel qui magistratus ambiunt minores; eos etenim nullos gerere debere magistratus, quam qui dignitate praestant, nec eos quidem petere, sed modo, si deferantur ipsis, non recusare.<sup>f)</sup> CALISTRATVS noster durior est. Non enim honorum solum, sed munerum vilium imo a senibus diuitibus poscit administrationem. Negandum quidem non est, dari etiam senes, qui libenter reipublicae student, sicuti praeclare Agesilaum laudat XENOPHON:<sup>g)</sup> *inter omnes, dicens, constat, Agesilaum nunquam, si reipublicae utilitatem augeri posse vidisset, labores fugisse, numquam pepercisse facultatibus, nunquam senectutis excusatione vsum fuisse.* Attamen non omnes eo animi pro reipublicae commodis reguntur feroore; itaque eos, qui ytiles adhuc esse possunt ciuibus suis, legibus oportet adstringere. hinc senex, cum pauper est, merito excusatur. nam difficulter quaerit vitae sustentationem. Sed cum ipsis, facto in senectute locupleti, diuitiae vitae commoda suppeditent, omni iure ad reipublicae utilitatem se applicabit. Nec tamen senes, quamuis diuites, semper ad munera cogi, CALLISTRATI mens est. Limitat namque dispositionem suam tribus modis, vt scilicet ille diues senex antea munus non gesserit, deinde munus gerendum non tam corporis vexatione, sed magis pecuniae erogatione coniunctum sit, tandemque tot viri, idonei muneribus, in ea ciuitate, cuius iste senex est, non intueniantur, quot ad administrationem munerum requiruntur.

## C 3

## §. IX.

f) Applicanda haec PLUTARCHI ad in foro versari. CRAGIVS cit. Graecos, in primis Lacedaemonios Tab. XI. lex 2. videntur, vbi probro erat senibus, g) Orat. de Agesilao rege.

## §. IX.

PRIMVM igitur, si quis pauper inferuit reipublicae, aequum videtur CALLISTRATO, vt ei postea parcatur, cum eo venerit, vt commode possit viuere. Indistincte enim is, qui opibus non abundat, a muneribus publicis arcendus non est. Paupertas neminem facit suspectum; sed si modo diligens et fidelis aliquis fit, optime ad gerenda munera, ea scilicet, quae sola diligentia sine sumtu possent administrari, admittitur.<sup>a)</sup> Itaque si quis non obstante egestate sua in reipublicae vtilitatem, quanta potuit, contulit officia, senex factus, licet diuitiis insignis, ad persona- lia vel mixta etiam non cogitur munera. Quis autem diues est appellandus? Si ad naturam viues, nunquam eris pauper, si ad opinionem, nunquam diues: exiguum natura desiderat, opinio immensum, ait SENECA.<sup>b)</sup> Sed hic neque haec SENECAE locum inuenit sententia, nec alia Stoicorum, quamvis eorum Philosophiae maxima apud ICtos veteres sit autoritas, attendi potest: *quod omnes sunt diuites, qui coelo et terra frui possunt;*<sup>c)</sup> nec Marii triumviri, qui neminem credidit diuitem, qui exercitum alere non posset.<sup>d)</sup> Illa Philosophorum contemtorum pecuniae,<sup>e)</sup> hoc auari sunt dicta: nunc vero certi aliquid statui debet. *Locuples est, qui satis idonee habet pro magnitudine rei,* quam actor restituendam esse petit, scripsit CAIVS ad LL. XII Tabb.,<sup>f)</sup> aut, vti statuit PLINIVS,<sup>g)</sup> qui loci i.e. agri est plenus,

cum

a) §. 12. Inst. de susp. tutor.

e) L. 8. §. 4. ff. de vac. et exc. mun.

b) Epist. XVI.

f) L. 234. §. 1. ff. de V. S.

c) Cic. ad famil. VII. 16.

g) Hist. Nat. XVIII. 3.

d) PLIN. Hist. Nat. XXXIII. 10.

cum quo fere conuenit P. NIGIDIUS in *Comment. Lib. XXXI.*<sup>b)</sup> Attamen nec hae descriptiones hic sufficiunt, in primis autem Pliniana; locuples enim is etiam est, qui rerum possidet pretia, quamvis res ipsas non habeat.<sup>i)</sup> In determinanda vero hac hominum conditione respectus semper haberi debet dignitatis eorum, loci, ubi vivunt, et aliarum circumstantiarum. Facile est intellectu, plus requiri facultatum, ut consulem dicere possis diuitem, quam ut opificem: locupletioremque nominari posse eum, qui agrum in Lipsiensi possidet tractu, quam qui in nostro, licet eiusdem magnitudinis. Quare sicuti is pauper est, qui tantum non habet, ut secundum dignitatem suam vivere possit,<sup>k)</sup> ita ille diues, cui plus suppetit, quam ad vivendum secundum suam dignitatem necesse est: determinatio vero, utrum quis plus habeat, an minus, quam illud postulat, cum nequeat fieri a legibus, iudicis relinquenda est arbitrio. Attamen hic rigorosissima non admitti potest supputatio, quod statim ob minimum accessionem aliquis diues pronuntietur, veluti ait VLPIANVS:<sup>j)</sup> *locupletior non est factus, qui libertum acquisierit.* Requiritur etiam, ut bona, quae quis habet, vere sua sint, nam *qui alienam defendit rem, nunquam locuples habetur.*<sup>m)</sup> Nec lucrum futurum facit, ut quis diues appellari possit,<sup>n)</sup> nec connumerari potest, quod perditum est, consumptum vel donatum.<sup>o)</sup>

## §. X.

<sup>b)</sup> Apud GELL. *Nod. Att. X. 5. conf.* <sup>i)</sup> L. 126. §. 1. ff. de R. I.  
GRONOVI, ad hunc loc.

<sup>m)</sup> L. 166. ff. eod.

<sup>j)</sup> L. 18. ff. quod mer. caus.

<sup>n)</sup> L. 7. ff. de popul. action.

<sup>k)</sup> A LEYSER. *Medir. ad Pand. Spec.* <sup>o)</sup> L. 23. et 25. §. 1. ff. de hered. perit.

*CCCCXXIV. Med. 2.*

## §. X.

ALTERVM, quo senum diuitum ad suscipienda munera publica restringitur obligatio, argumentum est; vt tale sit iunus iis imponendum, quod non tam corporis vexatione coniunctum est, sed magis pecuniae erogatione, quo spectat illud CICERONIS:<sup>a)</sup> *senes nequantum quidem possumus cogimur.* Diuiduntur scilicet munera in patrimonialia, personalia et mixta. Priora solam pecuniae postulant solutionem, personalia solam personae industria, ideoque corporis efficiunt vexationem, ad mixta vtrumque pertinet, diligentia et opes. A patrimonialibus senex nunquam excusatur, a personalibus semper, nisi summa sit necessitas, a mixtis etiam, nisi diues sit. Ita CALLISTRATI verba possunt explicari. Quaenam vero olim ad patrimonialia, quae ad mixta, quae ad personalia pertinuerint munera, docet ARCADIVS CHARISIVS.<sup>b)</sup> Sed ne ad omnia quidem mixta cogendi erant senes diuites, sed ad ea solum, quae magis in pecuniae sumtu consistebant, ideoque magis ad patrimonialia inclinabant, quam ad personalia, veluti viarum ex propriis bonis reparatio, decaprotia, icosaprotia et alia. Legatio etiam sine legatiuo huc pertinere potest, cum legatus filium queat substituere,<sup>c)</sup> eique sumitus suppeditare iteris. Idque applicari posset in genere ad omnia ea munera, vbi is, cui imposita sunt, cura commissa per alium fungi potest: ita enim fiunt ex personalibus patrimonialia, quia substituto sumitus suppeditantur, et darmnum ab eo datum refarcitur.

a) C. M. Cap. XI.

c) L. 6. ff. de legation,

b) L. 18. ff. de M. et H.

citur. In Diuitiis namque hic caussa posita est, quod quis aetate prouectus onera ferre debeat, a quibus alias immunis est. Sed hoc non in senibus solum cum in modum statutum est, sed in aliis etiam obtinet, qui alias ius immunitatis habent, vel qui difficuler ad munera gerenda admittuntur. Veluti ii, qui intersunt collegiis, quibus ius coeundi legibus permissum est, vacant a muneribus: quodsi augeant facultates, eo priuilegio vti non possunt. <sup>d)</sup> porro si quis appellauit, ne muneribus publicis praeficiatur, <sup>e)</sup> pendente vero appellatione auxit facultates, non amplius excusatur: <sup>f)</sup> omnis enim ob paupertatem permissa excusatio temporaria est, non perpetua. Tandem et ii, qui ab aedilibus flagellis caeduntur, si diuites sint, Decurionatum adipisci possunt. <sup>g)</sup>

### §. XI.

**TERTIA**, quam ICtus in lege nostra addit, est limitatio, vt inopia idoneorum virorum sit in ea ciuitate, vbi ad munus administrandum eligendus est locuples senex. Fieri enim potuit, quod pauci fuerint in oppido, qui praeficiantur muneribus, idonei; aliquando, quod multi etiam, ob munerum multitudinem, ad omnia bene expedienda non sufficerent. Raritas vero eorum, qui muneribus publicis fungi debebant, necessario etiam hos, qui alias non vocabantur, ad ea inuitauit: veluti eos, qui ab aedilibus flagellis caesi sunt, ad dignitatem imo municipi-

D palem

d) L. 5. §. 12. ff. de iur. immun. L. 17. et exc. mun.

§. 2. ff. de excus.

f) L. 4. §. 1. 2. ff. de M. et H.

e) Quod fieri debet ex L. 1. pr. de vac. g) L. 12. ff. de Decurion. et fil. cor.

palem gerendam ob hominum inopiam adhiberi posse, putat CALLISTRATVS.<sup>a)</sup> Decuriones pauperes non creabantur magistratus: at deficientibus idoneis, tenues et exhaustos etiam creari posse Divi Fratres rescripserunt.<sup>b)</sup> Illi, qui munus aliquod iam gesserant, quamvis continuatio munerum alias non fuerit permissa, ob hominum defectum, gestum illud munus iterum suscipere debebant.<sup>c)</sup> Imo in quadam Ciliciae vrbe circa VLPIANI tempus tanta fuit hominum penuria, vt impuberes creare magistratus constituerent, quod tamen permittere BENIDIVS RVFVS, eius prouinciae legatus, prohibitus fuit.<sup>d)</sup> Haec igitur tertia est cauſa, cur senes diuites ad administranda munera cogantur. Videmus autem ex his omnibus, CALLISTRATVM caute admodum processisse; illae enim, quas hic usque tractauimus, limitationes totam pene extinguent regulam. Credendum est, multa sibi a senibus metuisse, ne eorum, si forte rem altius tenderet, in se concitaret iram, cum contemni se putarent, despici, illudi, vt ait CICERO.<sup>e)</sup> Fortasse vero ipse multas habuit possessiones, et suae consuluit utilitati.

### §. XII.

VENIO nunc ad alios modos, quibus honor senibus non praestatur. Pertinet huc prohibitio matrimonii. Post annum enim aetatis LX liberorum procreatio non praesumitur,<sup>a)</sup> et tempore

a) L. 12. ff. de Decurion.

b) L. 6. pr. ff. de M. et H.

c) L. 14. §. 6. ff. cod.

d) L. 2. §. 1. ff. de iur. immunit,

e) De sen. Cap. XVIII.

a) L. 15. et 16. ff. de adopt. Haec et Lycurgi fortasse fuit opinio. Spartani enim senes uxores suas dare

tempore IVSTINIANI adhuc dubitarunt Aduocati Caesarienses, num partus quinquagenariae pro legitimo haberi possit, annon potius praesumendus sit supposititus, nec erubuit IVSTINIANVS, eum nominare mirabilem.<sup>v</sup> Neque haec hominum prae- sumtio per leges extincta fuit. PAVLLVS actione emti teneri dicit eum, qui ancillam sterilem aut maiores L annis ignoranti emtori vendiderit.<sup>v</sup> Legimus etiam HENRICI VI Imp. vxorem Constantiam ad euitandam suspicionem, cum iam L<sup>a</sup>ria maior esset, publice in foro vrbis Palermo peperisse.<sup>v</sup> Negavit etiam hanc ob causam FINCKIVS,<sup>v</sup> in benedictione sacerdotali senum votum creatoris ex Genes. I. 28 adhiberi posse. Legi Iuliae et Poppeae Tiberius Imp. caput illud addidit, quo inter viros LX et foeminas nondum L annorum, vel inter foeminas supra L et mares infra LX aetatis annum prohibuit matrimonium.<sup>v</sup> Ex eo etiamnum quidam senum coniugia esse

## D 2 prohibita

adolescenti, sibique vindicare potuerunt partum: ino a senibus petere, ut vxorem suam foecundam mutuarent, licebat iunioribus. Crag. cit. Tab. IV. lex 8. 9.

b) L. 12. C. de legit. hered.

c) L. 21. pr. D. de act. emt.

d) Ita quidam. **ABBAS** tamen **VRSFERG.**  
eius fere coetaneus de ista nihil  
seribit circumstantia, sed pure **FRI-**  
**DERICVM**, qui postea II appellata  
tus fuit, anno 1196. natum esse  
narrat.

e) Quæst. illustr. XXI. Sect. II.

f) Conf. HEINECC. ad Leg. I. T. 1. II.

*Liber II. Cap. 3.* Caeterum ex his  
videri potest, Romanos annum L,  
quoad foemina ad parendum ha-  
buisse ultimum, quod diserte affir-  
mat PLIN. Hist. Nat. VII. 14.  
Socus Athenienses putasse, eosque  
annum LX in foeminis etiam ad  
procreationem liberorum adhuc  
aptum iudicasse, colligere licet exin-  
de, quod foeminis LX annis minori-  
bus domos funestes intrare, aut ire  
exequias permission non fuerit. D-  
MOSTH. in Macartar. Fortasse e  
PAVLVS hoc respexit, cum i Timoth  
V. 9. prohiberet incolas Asiae mine-

prohibita, existimant: alii dissuadent solum, veluti BRVNNE-MANNVS,<sup>g)</sup> et CARPZOVIVS.<sup>b)</sup> Ille tamen autumat, prohiberi debere matrimonium viri ad copulam plane incapaci; vtrum vero per incapacitatem hanc delirium, an aliud quid designet, non liquet: hic ex sequentibus rationibus, vt dissuadeatur senibus coniugium, statuit, quod scilicet cesset matrimonii, vti nominatur, finis primarius, nec magnum in sene esse possit mutuum adiutorium, nec concupiscentia extingui queat, denique vero perpetuis obnoxia rixis talia essent matrimonia. Melior omnino horum est sententia. Nec enim vtiique impotentes<sup>i)</sup> sunt aetate prouecti. IVLIVS CAESAR a BVRDEN, vti in epitaphio suo<sup>k)</sup> nominatur, SCALIGER alias, grandaeus iam (annos scilicet LX et quod excurrerit, vixerat) puellam XIII annorum duxit, ex eaque inter multos alios liberos IOSEPHVM IVSTVM procreauit.<sup>j)</sup> Sed hunc vicit adhuc MASINISSA, qui XC annos natus nullis turbabatur tempestatis iniuriis:<sup>m)</sup> Hic post annum LXXXVI aetatis genuit METHYMNATVM.<sup>n)</sup> Tale etiam exemplum de ciue quodam, quem nouerat, narrat HEINE,<sup>o)</sup> qui anno LXXX filium genuit. Ea ad rarissima non pertinent exempla.

ris, permettere, ullam foeminam se a MEVRSIO in *Ath. Batau. Lib. II.*  
ante annum LX perpetuae dedicare l) Verba sunt clientis sui THVANI  
viduitati.

g) *Ad L. 27. C. de nupt.*

h) *Iurispr. Eccles. Lib. II. Tit. I. Def.*

13.

i) Ridicule impotentiae arguantur a o) Historische Beschreibung der Stadt  
IUVENAL. Sat. X. und Grafschaft Rochlitz Cap. 17. ad

k) Quod est Lugd. Batau. et insertum ann. 1713.

a) MEVRSIO in *Ath. Batau. Lib. II.*  
l) Verba sunt clientis sui THVANI  
Lib. XXI.

m) CIC. de sen. Cap. X.

n) VALER. MAX. VIII. 13. PLIN.

Hist. Nat. VII. 14.

ann. 1713.

exempla. Hoc cognouit CLAVDIUS Imp. cum derogasset capiti Legis Iuliae memorato. <sup>p)</sup> IVSTINIANVS vero plane abrogauit, permisitque inter sexagenariis et quinquagenariis maiores vel minores masculos siue foeminas coniugium. <sup>q)</sup> Exemplis namque doceri potuit, esse etiam in his spem finem impetrandi primarium, aut si proverbio <sup>r)</sup> assenseris, certitudinem. Praeter ea, quae adduxi, de imparium fere solum agunt copula, senis cum puella aut adolescentis cum vetula. <sup>s)</sup> Eo minus reproban-  
tur illa matrimonia, vbi vtraque pars onere illo Aetna grauiore premitur, quod inuicem sibi alleuare studeant, siquidem

*Solamen miseris socios habuisse malorum.*

ICTI quidam ad eos etiam retulerunt senes, qui testamenta facere non possint. Conceditur, si sanae mentis non sint. <sup>t)</sup> Rationis enim defectus in quaunque aetate impedimento est iis, qui te-  
stamenta condere volunt. Quasi furiosus quidem erat apud Ro-  
manos testator, qui liberis innocentibus adimeret legitimam, ob  
quam laesionem querela inofficiosa inuenta. <sup>u)</sup> Quodsi vere fu-  
riosus, nullum erat testamentum. Sed hic animi morbus non  
praesumitur in senibus, ideoque nec facultas testandi iis auferri  
potest. <sup>v)</sup> Secus tamen obtinuit apud Athenienses. In hac enim  
republica lex non permisit senibus facere testamenta. <sup>w)</sup> Reiecta

### D 3

etiam

p) SVETON. in *Claud.* Cap. XV.

MÖRLIN. disp. de connub. inequal.

q) L. 27. C. de nupt. Habemus etiam

Lipf. 1721.

PETR. SCHWEMMERT disp. de ma-

r) Vid. BRVNDEM. ad L. 3. C. qui refl.

trim. senum. et PHIL. HOFMANNI

fac. poss.

disp. de matrim. LXviii cum Loria.

u) §. 1. Inst. de inoff. refl.

r) Apud HERT. Paroem. 67. Lib. I.

x) L. 3. C. qui refl. fac. poss.

s) Haec matrimonia plane improbat

y) DEMOSTH. Orat. II. in Steph.

etiam sunt a quibusdam senum testimonia. Sed hoc fundamento caret, quin imo ad probandum factum antiquum, <sup>z)</sup> cognationem, <sup>aa)</sup> praescriptionem immemorialem et alia fere necessaria adhibentur: cogi tamen ad testimonium ferendum non debent, <sup>bb)</sup> et si velint, ad eos domum delegatos mittere oportet iudicem. <sup>cc)</sup> Posse tamen etiam senum testimonium esse noxiū exemplum Scaptii docet octogenarii maioris, qui sua reminiscētia totum ignominia affecerat populum Romanum. <sup>dd)</sup> Porro, ne admodum senes in ea, quae ius coeundi habent, allegantur collegia Diuus Pīvs prohibuit, <sup>ee)</sup> quod tamen diu obseruatū fuisse vix credendum est.

### §. XIII.

SATIS de his prhibitionibus. Verto me ad senum obligations: etenim quo minus se obligare possint, non prohibentur, nec priuilegium minorum ad eos pertinet. Hinc sequitur, vt actiones contra illos instituantur, vocentur in ius, condemnēntur. Lege tamen XII Tabb. si quis in ius vocabat senem, vehiculum vocans vocato dare debebat. Ita enim secundum GEL-  
LIVM <sup>aa)</sup> lex: *si in ius vocat, si morbus aequitasue vitium extitit, qui in ius vocabit, iumentum dato: si nolet, arceram ne sternito.*

Si

<sup>z)</sup> L. 79. §. 1. ff. de leg. 3.

<sup>aa)</sup> LANCELL. Instit. Iur. Can. Tit. qui  
matrim. accus. poss. §. quodsi.

<sup>bb)</sup> L. 8. ff. de rest.

<sup>cc)</sup> L. 15. ff. de iureiur.

<sup>dd)</sup> Liv. III. 71.

<sup>ee)</sup> L. 5. §. 12. ff. de iur. immunis.

<sup>a)</sup> In Noſt. Att. Lib. XX. Cap. I. Haec  
lex apud MARCILIVM est tertia.  
GOTHOFREDVS eam ad Tab. I re-  
fert, vbi primum locum occupat.  
HARTMANNO est 65. de iure pri-  
uato. CHARONDAE 42.

Si morbus aut senectus impedit, quo minus in ius vocatus sequi possit, actor vocato vehiculum, quod a pecoribus trahitur,<sup>a)</sup> det: si vero vocatus perat ab ipso currum vndeque teatum,<sup>b)</sup> actor, vt det, cogi non potest. Hodie hoc, quod iam posterioribus temporibus ab vsu recessisse videtur, nullum plane usum habet, nisi fortasse aetas decrepita caussa sit sufficiens, vt quis in termino ad tentandam amicabilem compositionem emanere possit. Addenda quidem est lex, ex qua plus adhuc videtur posse comprobari, deprompta ex Pandectis MODESTINI:<sup>c)</sup> generaliter eas personas quibus reverentia praestanda est, sine iussu praeatoris in ius vocare non possumus: sed hic annotat ACCVR-  
SIVS: ergo nullum senem, nullum clericum et nullum magistratum suum? quod est falsum. Transgredior ad delicta, ex iis enim omnimodo senes obligantur, et optimo iure priuantur honore ipsis debito, si crimina perpetrant. Nihil seni minus conuenit, quam voluptatum appetitus, nec quisquam maiorem mereri videtur poenam, quam senex delinquens, qui non potest non coercere libidines, quem ratio, consilium, mentisque perfectione status a sceleribus auocat, quemque si non proprio, alieno certe periculo exemplisque cautum factum fuisse, decet. Non male hinc GREGORIVS:<sup>d)</sup> Paulus dicit: seniorem ne increpaueris.<sup>e)</sup> sed haec eius regula in eo seruanda est, cum culpa senioris exemplo suo non trahit ad interitum corda iuniorum; ubi autem se-

b) Ita iumentum explicari debere vult van IDSINGA Var. I. C. Cap. V.  
SEXT. CAECILIUS apud GELL. l.c. d) L. 13. ff. de in ius voc.

c) Ita iterum FAVORINO arceram in e) Causs. II. Quæst. 7. Cap. 28.  
terpretatur CAECILIUS. Iung. S.H. f) 1 Timoth. V, 1.

nior iuuenibus exemplum ad interitum praebet, ibi disticta in crepatione feriendus est. (nam scriptum est: laqueos iuuenum omnes vos; <sup>g)</sup> et ruris propheta dicit: maledictus puer C annorum.<sup>h)</sup>) Optima quoque Persarum consuetudo. Ii etenim neminem inter senes cooptabant, qui bene non viuebat; <sup>i)</sup> talis itaque ad magistratus legendos et poenas dictandas capitales non adhibebatur, eratque natura quidem senex, non iure. Quare etiam leges aetate prouectos crimina perpessos non excipere ab ordinario procedendi modo videmus. Incarcerantur itaque. Non quidem desunt, qui, in benigniori asseluari eos debere carcere, existiment, quam quo iuuenes detinentur, et senatus Pedemontanus refertur <sup>k)</sup> censuisse, senem propter debitum ciuale mitiorem ob aetatem mereri custodiam. Obseruandum hoc uero erit tunc solum, cum debilitate corporis laboret senex, ne sanitatis periculum faciat. id quod, in omnibus infirmis attenditur, non senectutis priuilegium est. Antiquum certe habemus exemplum in Cimone illo vltimae iam senectutis, quem filia lacte sua et aluit et liberauit. <sup>l)</sup> Torquentur etiam senes. Negat hoc SCHNEIDEWINVS, <sup>m)</sup> referens se ad GANDINVM <sup>n)</sup> et alios. Idem ICTI Kilonenses putarunt, <sup>o)</sup> et multi alii. <sup>p)</sup> Sed in arbitrio hoc positum erit iudicis, quemadmodum etiam in aliis perfonis

g) Esa. XLII, 5.

h) Esa. LXV, 20.

i) XENOPH. Κύρος πατέρ. ισός. Lib. I.

k) In DONELL. Encl. Lib. XXVII, Cap. 3. not. Gg. ex Cacheran. De-  
cif. CXXIII.l) VALER. MAX. Lib. V. Cap. IV. ex-  
term. 1.

m) Ad §. 13. Inst. de exc. tur.

n) De queſt. et torment. num. 9.

o) MAVRIT. Consil. Kilon. XXV. n. 16.

p) Quos CARPZ. enarrat Crimin. P. III.  
Quaef. CXVIII, num. 33.

sonis debilibus adhibetur Medicus, an fragili adeo senex torquendus sit corpore, ut torturæ difficulter subiici possit. Terreri tamen etiam hos posse, demonstrat CARPZOVIVS.<sup>a)</sup>

### §. XIV.

DELICTVM sequitur poena. Ab hac senes liberi non sunt. Quis accusaret virum Deo gratissimum Dauidem, cum in ultima sua voluntate admonuerit Salomonem, ne Ioabum valde iam senem, cui ipse pepercerat, impunitum mori sinat, nec Simei in aetate eadem constitutum.<sup>a)</sup> In poenis enim irrogandis nulla aetatis est reuerentia, nulla propter eam lenitas. Nec mouet me L. 6. D. ad Leg. Iul. pecul. vbi VLPIANVS monet: iudicem sacrilegii poenam pro qualitate personae, proque rei conditione et temporis et aetatis et sexus vel seuerius vel clementius statuere debere. Ex his colligunt multi,<sup>b)</sup> senectatem moderari poenam in omnibus criminibus. Verum enim vero hacc lex de solo agit sacrilegio, cuius criminis variae erant poenae apud Romanos, quarum quasdam ibidem recenset VLPIANVS, et hinc in arbitrio ponit iudicis, pro circumstantiae conditione aptissimam eligere. Postea non praescribit poenae propter senectutem moderationem, sed permitit iudici pro conditione aetatis vel seuerius vel clementius statuere: crederem vero ob delicti atrocitatem senem sacrilegum peiores esse, quam iuuenem, illumque seuerius, quam hunc, notari debere. Nec illud PAVLI:<sup>c)</sup> fere  
E  
in

a) Loc. modo cir. n. 42. Conf. BRYN-  
NEM. ad l. 3. §. 7. ff. de SC. Silan.

a) i Reg. II, 6. 9.

b) Quorum magnum recenset numerum  
CARPZ. Crim. P. II. Quacfl. LXII.

n. 28. et P. III. Qu. CXLIV. n. 1

c) L. 108. ff. de R. I.

*in omnibus poenilibus iudiciis et aetati et imprudenterie succurruntur*, quo etiam arguento vtuntur mitigationis poenarum in senibus delinquentibus,<sup>a)</sup> hanc mutabit sententiam. PAVLVS namque de aetate scribit prima, non ultima. Impuberis enim furiosis quibusdam in locis comparantur, hinc a poenis liberi sunt, nisi militia aetatem suppleat. Prastarea etiam hoc aliquid facere videtur, vt impuberis nequeant aliquem accusare criminis: <sup>e)</sup> contra igitur, si accusentur, mitior ipsis dictari debeat poena. De impuberibus etiam egerunt PAPINIANVS,<sup>f)</sup> cum exemplum adducat, quod poena incestus propter aetatem remittatur; et Impp. VALENTINIANVS cum sociis,<sup>g)</sup> cum aetatis lubrico lapsos laqueis legum de incestibus eximant; et VLPIANVS,<sup>h)</sup> cum dicat, inter alios etiam his seruis, qui aetate defecti sunt, domino aggressuram patienti non succurrentibus ignosci. Senes enim sub valetudinariis iam comprehensi videntur, quorum in eadem lege meminit<sup>i)</sup> ICTUS, cum impuberum e contrario ibi nullam fecerit mentionem, qui tamen necessario excipiendi erant. Est tamen poena, quae mitior dictata videtur senibus, quam iunioribus, termini scilicet moti. In hac causa rescripsit HADRIANVS Imp.<sup>k)</sup> si terminum mouerent personae splendidiores, eos posse in tempus relegari, et longius quidem si iuuenes sint, breuius, si senes. in poena eorum, qui splendidae personae

<sup>a)</sup> STRV. imo in disp. de furibus a f) L. 38. §. 4. ad L. Iul. de adult.

poena laquei immunibus Cap. III. §. 5. g) L. 4. C. de incest. et inutil. nupt.

ab omni furti poena senes pronuntiat exemptos. h) L. 3. §. 4. et 7. ff. de SC. Silan.

<sup>e)</sup> L. 8. ff. de accusari.

i) §. 1. leg. cit.

<sup>k)</sup> L. 8. ff. de term. mor.

personae non sunt, nulla differentia. Sed ex rei natura id aliter vix poterat constitui. Intentio enim fuit legislatoris, neminem propter hoc crimen relegari in perpetuum, sed ita ut reuerti possit: ad hunc vero finem consequendum necesse erat, senem in breuius tempus relegare. Dubium adhuc, anno non nihilominus haec etiam senum gratior fuerit poena quam iuuenum, cum a patriis remoti laribus, quibus proxime animam se commendaturos esse sperare poterant, semper in eo esse debeat timere, ut peregrino sub coelo cineres sui condantur, quoque

*Supplicii pars est, in regione mori.*<sup>1)</sup>

Nullum itaque superest dubium, quin eadem poena digni sint senes, qua iuuenes, legum transgressi statuta,<sup>2)</sup> si non grauiore. Praeter multa quae CARPOZOVIVS<sup>3)</sup> affert exempla<sup>4)</sup> quem fu-

E 2 giunt

1) OVID. Trist. I. Eleg. II.

2) Caius ipsum senem testem habeo, PASSERINVM, Disput. III. de occidente vnum pro alio, vbi haec monstrat, solam senectatem deliri culpan nequaquam imminuere, haec autem scripsit annum agens aetatis LXXXII.

3) Locc. cist.

4) Quas agunt de senibus furibus, homicidis, adulteris. Addam vnum incendiarii anno 1745 hic Wittenbergae poenas dantis, Scheffler nominati. In cuius causa ita pronunciavit Fac Wittenb. Ist Inquisit so wohl geständig, als durch die Zeugen und den Augenschein überführt, daß er aus Rache und Feindschafft

gegen W. von welchem er sich beleidigt zu seyn glaubt, in dessen Hause auf seine daselbst gemietete Stube und Hammer Feuer an zwey Drienn, damit es desto besser brennen möchte, und W. dort geschähe, angelegt und angezündet: nun möchte vielleicht sein ziemlich hohes auf 65 Jahr ansteigendes Alter, und die damit effters verknüpfte Schwäche des Verstandes ic. zu seiner Entschuldigung angeschärret werden: dieweil er aber sowohl vorwahls nach der Zeugen Aussage, als jego in den ganzen Acten keine Spur eines blöden Verstandes blitzen lassen, hieraufschließt seine äußerste Bosheit aus obangeführten Thaten, und daß er das wider has vorsezt

## XXXVI DE SENECTVTE

giunt fata Grumbachi,<sup>o)</sup> Crellii,<sup>p)</sup> Schlickii et eius socii Michalowitzi,<sup>r)</sup> Mori<sup>s)</sup> etiam, Barneseldi,<sup>t)</sup> et Rösneri.<sup>u)</sup> Haec autem quae dicta sunt, ad eos non pertinent senes, qui delirant. Delirium enim tam senes, quam iuuenes a dolo et culpa excusat, itaque poenae quoque moderatione in operatur, aut remissionem etiam. Bene hinc constitutum a CAROLO V: Es sollen auch die Hungers Noth auch Jugend und Thorheit der Person, wo deren eins mit Grund angezeigt wird, angesehen werden.<sup>v)</sup> et alio loco: Würde von jemand, der Jugend oder anderer Gebrechlichkeit halber seine Sinn nicht hätt, eine Uebelthat begangen,

liche Feuer-Anlegen geschärftste Königl. Mandat von 16. Nov. 1741. öfters von der Cangel ablesen hören, also wohl gewusst, sattam am Tage liegt ic. So wird obgedachter Inquisit, Christoph Schefer, daserne ic. mit dem Feuer vom Leben zum Tode gestraft, anbey wegen obgedachter ihn höchstlich gravirender Umstände, andern zum Abscheu und zu Erhalzung d.r allgemeinen Sicherheit, zur Feinstadt geschleift, auch sein beweisces Vermögen zu Bezahlung der Gerichtsfesten angewendet. Uebrigens ist gestalten Sachen nach, da alles am hellen Tage liegt, und nichts, so Inquisiten zu Einberufung der Strafe zu stattem kommen möchte, zu finden ist, nach obgedachtem als lagerrechtsem Mandate, auch §. I. u.d 7 mit denen nach Schärfe des selben gesprochenen Urtheiln stracklich versah ic, und nicht leicht interloquirt.

werden soll, Inquisiten mit einer Defension weiter zu hören unndthig. V. N. W. Huic igitur etiam defensio denegata fuit.

p) Annorum LXIV Müllers Ann. Sax. a. a. 1567.

q) Qui ob Senectutem ad supplicii locum in sella portatus fuit. Sächs. Merckvürdigk. im Leben Churfürst CHRISTIANI II §. 4.

r) Annorum LXXX Ludolphs Schaußühne der Weltgesch. a. a 1620.

s) LXII annorum von Ziegler und Klyph. täglicher Schauplatz der Zeit sub 2 Jul.

t) LXXII annorum RECHENDERG Hist. Eccles. Sec. XVII. Seit. II. §. 2. Hübners Pol. Hist. Tom. II. p. 132.

u) LXIV annorum. Schweizels Hist. Nachrichten von dem zu Thurn passierten tumult.

v) P. H. G. D. Art. 175.

gangen, das soll mit allen Umständen angezeigt werden.<sup>29)</sup> Bene etiam  
DIONYS. GOTHOFREDVS:<sup>30)</sup> est enim senex mitius puniendus,  
propter aetatem, etiam in atrocioribus delictis: non ut poena  
capitis exmittatur, sed, ut in capitalibus mitior quedam im-  
ponatur, præsertim si senex decrepitus ac pene delirans. Quod  
si in infantiam plane redactus, poena etiam remittenda videtur.  
PETRVS A PLACH<sup>31)</sup> et ANT. GOMEZ<sup>32)</sup> statuunt, quoad  
poenas arbitrarias mitius puniendum esse senem, non vero quoad  
pecuniarias aut capitales. sed CARPZOVIVS<sup>33)</sup> respectum solum  
haberi vult, vtrum senes mentis amplius non sint compotes.<sup>34)</sup>

§. XV.

IPS A etenim natura plerisque senibus honorem non praefat. Passum hinc in scriptoribus occurruunt aetas grauis, tristis, infelix, misera, iniucunda.<sup>a)</sup> Quantae sunt calamitates, quibus obnoxii sunt multi aetate confecti, quot morbi, quantae animi perturbationes,<sup>b)</sup> sicuti HORATIUS<sup>c)</sup> senem describit:

E 3 Multa

y) Ibid. Art. 179.

z) In net. ad SCHNEIDEW. *Comment.*  
*in Institut. Lib. I. Tit. 21. princ. n. 20.*  
*not. a.*

aa) Epit. delist. Cap. 23. num. 14

bb) *Var. Resolut.* Tom. III. Cap. I.  
num. 68.

ee) *Criminal.* III. 144. num. 18.

dd) Plura de deliciis senum, qui legere

<sup>1</sup> *cupid*, vid. CARPZ. *Crimin.* II. 62.

n. 28. III. 118. n. 35 et III. 144.

vti etiam LÖNSEN disp. §. 7. cit.

### *Cap. III.*

a) Collectionem eti modo reiectus cognomina (in contumeliam eius inuentorum) exhibet lvi. **POLLYX** lib. II. Cap. 2. §. 9.

b) *Vel quanta etiam vitia, quorum magnum profert numerum, MAIOLVS in dieb canicular. Tom. V. colloqu. 2. suspicioneam, incerditatem, pusillanimitatem, illiberalitatem, timiditatem, vitae cupiditatem, querelas, impudentiam, dissidentiam, desperationem omnium rerum, nugacitatem, indignationes, iniustitiam, in-*

## XXXVIII DE SENECTUTE

Multa senem circumueniunt incommoda, vel quod  
Quaerit, et inuentis miser abstinet, ac timet viti:  
Vel quod res omnes timide gelideque ministrat.  
Dilator, spe longus, incurus, anidusque futuri,  
Difficilis, querulus, laudator temporis aeti  
Se puer, censor castigatorque minorum.<sup>4)</sup>

Sed omnium grauissimum est, cuius plerumque accusatur aetas  
prouecta, delirium, rationisque amissio. Ingrati Athenienses  
permiserunt filiis ob morbum aut senectutem dementiae accusare  
parentes, conuictos habere in vinculis,<sup>5)</sup> sicuti etiam prius accidit  
**SOCRATI.** Melius Romanorum rex **TULLIVS** constituit, vt is,  
qui iniuria parentes afficerit, eorum diis facer sit.<sup>6)</sup> Male  
autem ex **ACCVRSIO,**<sup>7)</sup> quidam, qui eum sequuntur, hoc  
omnibus senibus attribuunt vitium, quod ne quidem de maxima  
eorum parte affirmari potest. Quoties enim audimus de homi-  
nibus inferioris conditionis, quod suo functi sint officio ad fu-  
prenum humanae vitae tempus. Pleni sunt Scriptores rerum  
gestarum laudibus senum heroum, qui vel maximas res morti

iam

urbanitatem. Sed haec, vt **CICERO**  
ait, morum vitia sunt, non senectu-  
tis. Difficulter certe omnia simul in  
omnibus inuenientur senibus. Cae-  
terum de moribus senum adhuc ege-  
rant **DILLHERR.** disp. de moribus  
aetatum ad **ARISTOT.** Lib. III. Rhe-  
tor. Cap. 12. **LUPVS SERRAN** de se-  
nectute et aliarum aetatum moribus,  
Carmen. Lissab. 1579. 8. **BARCLAY**  
ijs in Icon. anim. Cap. 17, et alii.

c) De A. P. p. 169.

d) Haec descriptio moralis est; Physi-  
cam optime per allegoriam dedit  
**SALOMO** in Eccl. XII, 1-7.e) **XENOPH.** Memorab. Lib. I.f) **FESTVS** de verb. signif. voce: plo-  
rare. Parentes autem hic omnes  
ascendentes significat. **D'ARNAUD VAR.**  
Coni. Lib. I. Cap. 5.

g) Ad l. 16. C. de donation,

iam proximi egerunt. Quot scripta testantur senum autorum suorum prudentiam, quin etiam nullum sit dubium, meliora esse pleraque a senibus scripta, cuius elegans testimonium praebet Ill. LEYSERVUS, splendidum olim Academiae nostrae decus, cum de se ipso: *multa, fateatur, quae olim et adolescens et virilibus annis scripti, nunc si iterum scribenda essent, longiore usu, lectione et experientia edocitus aliter scriberem.*<sup>b)</sup> Quid, quod aptissima est sene<sup>c</sup>tus ad studia, non quidem ea, quae magnam postulant memoriam, quamvis nec id quidem omnibus commune sit, CATO enim maior admodum senex Graecas didicit literas,<sup>d)</sup> immortalis vero AVGVSTVS Sax. Ele<sup>c</sup>t. Ebraeas, cum antea repetiisset Latinas;<sup>e)</sup> illa tamen, in quibus perdiscendis iudicium praeualeat, vti Historia, Philosopha, Critica. Eorum autem, qui senes bonos exararunt libros, longissimus addi posset catalogus, nisi exempla quam plurima in omnibus, vbi eruditorum describuntur vitae, libris occurrent. <sup>f)</sup> Mentionem solum propter ea, quod rarius fit, duarum faciem foeminarum, viduae quidem et virginis. Prior fuit Anna Elif. ab EYKE, vxor Bar. de SCHLEPVSCHE,<sup>g)</sup> Polwitzii prope Ligniziam 1706. mortua

anno

<sup>b)</sup> In Praef. ad editas *Instit. Iur. Canon.*  
de Roy prope fin.

<sup>c)</sup> Cic. de senect. cap. 8.

<sup>d)</sup> Wildens Sächs. Nepos. GIOVANNI  
(LYDEWIGII) German. princeps Lib.  
III. Cap. 21. p. 68.

<sup>e)</sup> Optime ille de Historia Germanica  
medii aevi meritus LEVCKFELDVS  
scriptum quoddam an. 1723 gratu-  
latus I. FABRICIO, qui LXXX

annum attigerat, edidit, cui titulus:  
Kürze historische Nachricht von 79  
gelehrten Männern, welche das 80  
bis 90ste Jahr ihres Lebens erlebet,  
und zum Theil überlebet haben. In-  
ueniuntur ibi inter alios SPANHEM.  
CAVE, BALVZ. BEZA, MENOCH.

<sup>f)</sup> Imp. LEOPOLDI summus vigiliarum  
praefectus, vel General Maior  
qui decesserat 1675.

anno aetatis LXXXI,<sup>n)</sup> quae in ultimis vitae suae annis varia adhuc edidit Theologica scripta<sup>o)</sup> a multis laudata.<sup>p)</sup> Posterior est Margar. de LVSAN, quam virginem LXXVI annorum anno modo elapso amiserunt Galli. Haec morti iam proxima quosdam adhuc libros scripsit, tum Romanenses, tum Biographias regum Galliae.<sup>r)</sup> Interim aliquando tamen sana mens relinquit senes, ut ad negotia plane sint inepti. Id quod ignominioso illi cognomini, depontani,<sup>s)</sup> quo insigniuntur LX annos nati, occasionem dedisse videtur. Explicant alii id hoc modo, quod Romani tot annos natos senes, propter ea quod a muneribus vacarent, etiam priuilegiis ciuium priuassent, quod scilicet cum reliquis ciuibus suffragium dare non potuissent, sub poena de ponticulis, per quos in septum campi Martii ibant suffragia ferentes, diectum iri. Alii autem crudelitatis accusarunt Romanos hanc illustrantes vocem. Existimant scilicet, Romanos, vrbe a Gallis deuastata rerum necessiarum summa cum esset in opia, senes ex ponte, qui erat in Tiberi, in flumen coniecisse, ne parum illud, quod super erat, annonae reipublicae inutiles consumerent. Prior sententia omnino videtur melior, corroboraturque OVIDII verbis:<sup>t)</sup>

Pars

- n) EBERTI Schleßens gelehrtes Frauenzimmer.
- o) 1702 ein Gebetbuch, 1703 den biblischen Extract, 1705 die 2te Edition der geistlichen Ehrenpforte.
- p) A GERLACHIO, CLESELIO, OELRICHT et aliis, vii etiam in unschuld. Nachrichten a. 1704. Vid. EBERT. lib. cit.
- q) Nimirum: *Annales galants de la Cour d'Henri II. 2 Tomes. 12. Histoire de la vie et du regne de Charles VI. R. de Fr. 8 Tom. 12. Histoire du regne de Louis XI. 6 Tom. 12. Mour et Terqua Hist. Africaine,*
- r) Conf. ERASMI. Chiliad. I. Conf. V. adag. 35.
- s) Faſt. Lib. V, 33.

*Pars putat, vt iuuenes ferrent suffragia soli,  
Pontibus infirmos praecipitasse senes.*

Simile tamen posteriori explicationi exemplum primae Longobar-  
dorum ex Dania ad Danubium migrationi occasionem dedit. Cum  
enim ibi sub Snyone rege fuerit inopia tritici, ex quo siebat cereui-  
gia, ne aut aquam bibere aut famem subire cogerentur, senes interfici-  
cere constituerant, cuius tamen consilii exitus a foemina quadam  
impeditus est.<sup>a)</sup> Negari tamen non potest, bellum etiam  
pertinere ad ea, vbi honoris seneccutus nulla haberetur ratio.

### §. XVI.

REFERT de eo, cuius memini, bello Gallico LIVIUS:<sup>a)</sup>  
Romanis post cladem ad Alliam placuisse, facere iacturam senio-  
rum; quos Galli quidem primum haud secus quam venerabun-  
dos simillimosque diis intuiti fuissent, postea tamen omnes in  
sedibus suis trucidassent. Bellum ciuale Romanum similia exhibi-  
tuit spectacula, de quibus LVCANVS:<sup>b)</sup>

*Quis fuit ille dies, Marius quo moenia victor  
Corripuit? quandoque gradu mors saeva cucurrit!  
Nobilitas cum plebe perit, lateque vagatur  
Ensis, et a nullo reuocatum est pectore ferrum.  
Stat crux in templis, multaque rubentia caede  
Lubrica saxa madent. nulli sua profuit actas.*

Innumera a temporibus recentioribus petere possem exempla his  
similia, sed ea lubens omitto, potiusque addo, quomodo haec

F

erga

<sup>a)</sup> LAZIUS de gent. migration. Lib. a) Lib. V. Cap. 40. 41.  
XII.

b) De B. C. Lib. II. v. 99.

erga imbelles senes immisericordia legibus sit prohibita. Ita enim in Imperio Rom. Germ. constitutum est: Es soll keiner alte erlebte Leut, Priester, Prediger oder Weibsbilder, die auf keiner Wehr gefunden, desgleichen keine unmündigen Kinder zu Tod schlagen, bey Straf Leibs und Lebens; <sup>c)</sup> et rursus: die Kindbetterinnen, schwangere Frauen, Jungfrauen, alte Leute, Priester, Prediger und Kirchendiener, die sollen die Knechte beschützen, beschirmen und bey Leibs Straf in keine Weg beleidigen. <sup>d)</sup> Haec autem de hostibus intelligenda esse, certum est, cum in amicorum regionibus ne caeteros quidem, qui inter enarratos non inueniuntur, offendere aut occidere licet. Idem a IOANNE GEORGIO I, Electore Saxoniae Serenissimo, constitutum est: Die Kindbetterinnen, schwangere Frauen, Jungfrauen, alte Leute, Prediger und Kirchendiener, die soll man, wie sichs gebührt, beschützen, beschirmen, und bey Leibs Straf in keine Weg beleidigen. <sup>e)</sup> Similiter etiam in aliorum Imperii statutum articulis militaribus praeceptum est. <sup>f)</sup> Ita quoque apud Danos: <sup>g)</sup> Derjenige, so Prediger oder andere Geistliche, item Frauenspersonen, alte Leute, kleine Kinder, und die so sich nicht wehren, ob sie schon Feinde seyn, mit Gewalt übersält, schlägt, stößt, verwundet, oder dräuet,

c) Des H. R. R. Neuer-Bestallung zu Speyer 1570 aufgericht. Art. 70.

d) Ibid. Art. 149.

e) JO. GEORG. I. Artick. Brief de a. 1631. Art. 5.

f) MAXIMIL. II. und des H. R. R. Art. Brief Art. 54. Art. Br. der Reichs-Völfer de a. 1672. et 1682. Art. 46. des Bayerischen Ereysses Art. Brief de a. 1664. Art. 4. und

des Fränkischen Ereysses Art. Br. Art. 40. Art. Brief der Chur-Mainzischen Land. Miliig de a. 1700. Art. 4.

Io. CLEMENT. Churfürst zu Köln Art. Br. Art. 51. LEOPOLDI I. Art. Br. Art. 9. Sachsen-Weimariische Neuer-Bestall. und Art. Br. de a. 1683. Art. 24. Württemberg. Art. Br. de a. 1705. Art. 17.

g) Königl. Däniisch. Art. Br. Art. 40.

dräuet, der soll ohne Gewehr seines Dienstes verwiesen, oder auch am Leben ohne alle Gnade gestraft werden; et Russos:<sup>b)</sup> so sollen auch Weibspersonen, Priester, Kinder und alte Leute verschont, und nicht umgebracht oder verletzt werden, es wäre denn ein anders von den Feld-Marschalln befohlen: bei Lebensstraf. Itaque multis, senibus in bello etiam parcere, placuit nationibus, idque eo magis, cum iam gentium ius hanc doceat regulam.<sup>i)</sup> Sunt enim personae miserabiles senes, cum plerique viribus decrescant corporis, quidam animi etiam, quidam adeo senio conficiantur, ut ne vietum quidem sibi parare possint: eoque magis iis parcendum est, quo propiores sunt morti; quae omnem senum ignorat reuerentiam, quamque hi facilius quam iuuenes sperare poslunt, solatum ipsis in onere ferendo; namque ut ait PHOCILIDES in sententiis

'Ου πολὺν ἀνθρώποι ξύρεν χεόν, αἰλ' ἐπὶ παιῶν.  
Ψυχὴ δ' αἰθάρας καὶ σύγνεως ἐν διὰ πάντος.

Reuerentiam igitur merito merentur, onoreque senectutis vel ipsa etiam morte peius est, si se contemni videant, magisque, si ab ipsis fiat liberis, qui

Τὸν πατέρ' ἔχθαιρεσι, πατερῶντα δ' ἀπολέθου,  
Καὶ συγέστ', ὥσπερ πτωχὸν ἐπερχόμενον.<sup>k)</sup>

### §. XVII.

QVID igitur de crudelitate earum gentium dicendum est, quae senibus mortem accelerarunt, ut ipsis alendis supersedere queant.

F 2

queant.

<sup>b)</sup> Russisch, Art. Br, de a. 1715. Art. <sup>i)</sup> GROT. de I. B. et P. Lib. III. Cap. II.  
105. §. 9. num. 4.

<sup>k)</sup> THEOGNIS in sentent. v. 277.

queant. De Ceis namque narrat AELIANVS,<sup>a)</sup> quod cum admodum senes fuissent, coacti a liberis aut aliis, uti vero videtur simillimum, bibissent cicutam; in STRABONE<sup>b)</sup> annus definitur, LXVI scilicet aetatis. Idem AELIANVS mentionem facit Sardorum,<sup>c)</sup> qui patres suos senio consecatos fustibus interfecerit; et gentis Berbiccarum,<sup>d)</sup> qui omnes LXX annum aetatis egressos occiderint, et masculos quidem matando, foeminas vero strangulando. ONESICRITVS,<sup>e)</sup> cuius tamen fidem suspectam facit STRABO,<sup>f)</sup> de Baetrianis narrauit, quod senio consecatos viuos proicerint entaphistis, quod nomen apud ipsos est canibus dedita opera ad deuorandos senes nutritis, addiditque extra vrbum Baetriorum primariam omnia esse pura, in vrbe humanis ossibus repleta omnia, moremque hunc insanum ab ALEXANDRO fuisse sublatum. Nec meliora de Sogdis et Nomadibus sperari poslunt, cum eorum consuetudines non multum absimiles fuisse Baetriorum, quin imo Baetrios illis mansuetiores, referat STRABO,<sup>g)</sup> qui etiam de Caspiis tradi, scribit, quod parentes, ubi LXX annum aetatis impleuissent, inclusos fame necassent. Tibarenii, populus Asiae, ex lege publica senes praecipitabant, quae lex post acceptum Euangelii lumen abrogata.<sup>h)</sup> De variis aliis gentibus similia refert ALEXANDER ab ALEX.<sup>i)</sup> quarum vna alteram immanitate superat. Haec autem sunt, quae habet, omisis Ceis et Caspiis: ab Indis et Massagetis usurpatum ferunt, enio conse-

ctos

a) Var. Hist. III. 57.

f) Lib. II.

b) Lib. X.

g) Lib. XI. cit.

c) Lib. cit. IV. 1.

h) BAYL. Dif. voc. Tibareniens.

d) Ibid.

i) Dier. Genital. Lib. III. Cap. 2.

e) Apud STRAB. Lib. XI.

Etos in frusta caedere, illorumque carnibus immisisti pecudibus  
vesci assueuisse. Fuit quoque proditum, Derbices, Persicam  
gentem, in more habuisse, viros certam progressos aetatem more  
hostiarum immolare ad aras, mulieres vero senescentes praefo-  
rare. Tradunt Hyperboreos eos, qui longo aeuo vixerunt, post  
epulas et familiare conuiuium fertis redimitos, ex rupe abrupta  
in mare dare praecipites. Thraces quoque fama est et Indos ac-  
tate confestos, illos praecipue, quibus studium sapientiae fuit,  
incensis rogis mortem oppetere, et laetos se in flaminas iniicere.  
Similia inueniuntur forte de aliis etiam gentibus. Sed inter  
omnes maximam nescio utrum admirationem an horrorem me-  
rentur Venedi, qui iam ad Christianum Dei cultum perduerti  
ea, ut practendebant, intentione senes, quo citius Deum vide-  
rent, interfecerunt. De qua re scribit HÜBNERVS,<sup>k)</sup> liberos senes  
parentes maestasse, immolauisse diis, carnemque comedisse,  
atque ad hoc prandium inuitasse amicos: anno 1309.<sup>l)</sup> Comitissam  
quandam de MANSFIELD, cum iter fecerit per sylam Lüne-  
burgensem, ac inuenisset ibi Venedum tumulum effodientem,  
adiacentemque senem hominem vinclatum manibus et pedibus,  
quaesiuisse, quid ille labore suo intenderet; Venedum vero re-  
spondisse: vincitum illum esse suum patrem, quem, quia nihil  
amplius merere posset, sepelire vellet; Comitissam tamen hunc  
data pecunia liberasse. Quid, quod adhuc anno 1520 LEVIN  
DE SCHVLENBURG Praefectus Marchiae veteris liberauit senem

F 3

morti

k) Polit. Hist. T. VI. p. 444.

l) GROSSER in Lausitzischen Merkwür-  
digkeiten, vbi Part. II. pag. 10. can-dem paucis mutatis narrat historiam,  
habet 1297.

morti destinatum e manibus crudelium suorum liberorum.<sup>m)</sup>  
Enarratis non absimiles sunt cæcæ gentes, quæ infirmos et aegro-  
tos deuorant, vti TAPOVIAE,<sup>n)</sup> MINGRELII,<sup>o)</sup> et alii.

### §. XVIII.

PROXIMVS eidem periculo seculis praeterlapsis fuit sexus  
sequior, cum senectus sufficiens fere esset indicium in vetulis,  
quod rebus magicis operam darent. De his ita CARPOZOVIVS:<sup>a)</sup>  
tantum abest, ut negari possit, ut etiam veneficæ plerumque sint  
vetulæ, quibus poena ignis irrogari soleat. Post THOMASIVM  
tamen persecutio veterarum terminata fuit. Qua de re verbis  
vtar scriptoris nostri seculi celeberrimi, quæ inueniuntur in eius  
dissertatione de superstitione et religione:<sup>b)</sup> en 1708 une femme,  
qui avoit le malheur d'etre vieille, fut brûlée comme sorciere: ces  
suites barbares de l'ignorance affecterent vivement Thomasius,  
savant Professeur de Halle; il couvrit de ridicule les juges et les  
procès de sorcellerie, il tint de conférences publiques sur les cau-  
ses physiques et naturelles des choses, et declama si fort, qu'on  
eut honte de continuer l'usage de ces procès; et depuis lui le sexe  
put vieillir et mourir en paix. In vrbe tamen Hungariae Sege-  
din anno 1728. magiae quaedam accusata fuit, ordaliumque

<sup>m)</sup> GROSSER loc. cit. not. x. Hoc po-  
sterius memorat exemplum.

<sup>n)</sup> RENNEFORT Hist. des Indes Orient.  
loc. cit. Il y a une autre espece d'ha-  
bitans (du Bresil) que les Portugais  
nomment Tapoujas. ils sont idolâtres.  
Quand quelqu'un d'entr'eux est si  
malade, qu'ils jugent, qu'il n'en

aqueae  
guerira pas, ils le tuent, et le mangent.

<sup>o)</sup> Neueröffneter Schauspiel-  
Alstatischer Nationen 4te Abtheil. §. 20.

<sup>a)</sup> Crim. Part. III. Qu. 144. n. 25.

<sup>b)</sup> Art. 3. prope finem. Annexa vero  
haec dissertatio editionibus separatis  
des Memoires pour servir à l'Histoire  
de Brandenbourg.

aqueae frigidae cum ipsa institutum.<sup>c)</sup> In Mythologia etiam malam na<sup>m</sup>ta est sortem senectus, eam namque Mythologi ex Erebo No<sup>t</sup>eque procreatam fingunt.<sup>d)</sup> Apud Germanos veteres quodammodo senectuti debitum honorem non fuisse praestitum putari posset, cum aequiparati fuerint feminis. Cum his etenim et infantibus agrorum cultura curaque rei familiaris ipsis relata fuit:<sup>e)</sup> iuuentute interea, cum bellum non gereretur, tempus ignavia transfigente. Itaque ii, qui fere soli si non belli, conflictus tamen sustinuerunt molestiam, otio etiam fructi sunt in quiete. Attamen id ipsum quoque, quod cum feminis pari censi sint iure, dedecus non fuit; earum enim magnus apud Germanos antiquos honor.<sup>f)</sup> Veniunt etiam in mentem senes nihil aestimati, coemtionales, quorum meminit PLAVTVS:<sup>g)</sup> nunc Priamo nostro si est quis emtor, coemtionalem senem vendam ego, venalem quem habeo, ex templo vbi oppidum expugnauero:<sup>h)</sup> et Curius apud CICERONEM:<sup>i)</sup> Sum enim

χεῖται

c) Erweiterungen der Erkenntniß und des Vergnügens 2tes Stück n. 1.

d) HESIOD. Theogon. v. 225. CLAV.

DIAN. Lib. I. in Rufin. v. 31. Pars

Hispanias tamen senectutem ut prae-

cipuum coluit numen, ipsisque in

Gadibus templa fuerunt exstructa.

TOMASIN. de donariis ex ARRIANO

de rebus gestis Alexandri.

e) TACIT. de Mor. Germ. Cap. 15.

f) TACIT. loc. cit. Cap. 8. PLVTARCH.

de virtut. mulier.

g) BACCHID. Act. IV. Sc. IX.

h) TAVEMANUVS ad verbum coemtio-

nalem ex LAMBINO: Senem plane

virilem ad coemtiones faciendas. Huic

explicationi sine dubio occasionem

dedit locus Cic. pro Muraena: Se-

nes ad coemtiones faciendas interimendorum sacrorum causa reperti sunt. Sed hos minus recte confundi cum senibus coemtionalibus, docet GRO-

NOV. de seferr. Lib. IV. Cap. 7.

vbi ex' instituto de senibus ad coemtiones faciendas agit; cap. 8. vero

de senibus coemtionalibus. Fuerunt

autem illi liberi, hi semper serui.

Quinam proprie nominati sint senes

ad coemtiones faciendas interim.

sacr. causa, multas easque diuersas

eruditorum refert et refutat senten-

tias GRONOVIVS Cap. 7. Adiicit

hanc suam: Heredem vendidisse seni

cuidam hereditatem, non vt heredi,

nec pro herede, sed vt possessori alie-

no, quam igitur senex non fecit ac

XLVIII DE SENECTVTE NON HONORATA

χρήστε μὲν τούς, κατέται δὲ Αττίκηιοι. Εἰ γοῦ φρεστοὶ εἰσὶ τούς, μαντίπιον τούτοις. Καὶ τοῦτον τὸν στόλον τοῖς κομιστοῖς τούτοις προσκριψέται, εἰσερχόμενοι τούτοις μηδὲν πολὺ. <sup>b)</sup> GRONOVIVS autem ita scribit: <sup>c)</sup> mancipia reiūcula et veterana, quod non ita facile emtorem inuenirent, aut minimo aestimarentur, solebant vel plura in cumulum vendere, vel quasi mantissam et appendicem dare melioribus, ut qui bene habitum bene conciliare cuperet, imparem contubernalem simul acciperet. Itaque vetula mancipia nullius aestimata sunt pretii: cuius recens etiam Historia exemplum praebet. Namque Lusitani, cum suppresserint Tomomymos, populum Americae Meridionalis, sines et inualidos interfecrunt, reliquos redegerunt in seruitutem. <sup>d)</sup> Postremum plane praeteriri non potest miserabilis caterua, cuius

*Parcius iunctas quaiunt fenestrā  
Ictibus crebris iuuenes proterui:  
Quique non somnos admunt, amatque  
Ianua limen.* <sup>e)</sup>

sectionis emtor liberam nullis adstric-  
etus sacris quasi suam fecisset: postea  
vero re in stipulatum dedicta emtorem  
heredi eandem ex sponsu tradidisse.  
Extincto igitur nomine hereditatis et he-  
reditatis, extincto quoque fuisse sacra  
hereditatis annexa. Cum autem ita  
heredes sacra simul cum caetera he-  
reditate non videnterentur, sed reti-  
nuerint, nihil igitur hac venditione  
effecerint, nec sacra fuerint in e-  
xempta, Gronouiana sententia non  
probatur D' ARNAUD Var. Coniect.

Lib. II. Cap. 1. Putat autem hic: <sup>f)</sup>  
Vendidisse heredem omnia bona cum  
sacris senei cuidam pauperi et vili in-  
terposito fiduciae pacto de bonis iis-

dem sive sacrī remancipandis, cumque  
ita senei retinuerit sacra, ipsi sumunt  
ad illa, duos viuere, necessarios fib-  
ministrasse. Mortuo sene sacra extincta  
fuisse.

i) Epist. ad famil. VII. 29.

k) Ad hunc locum CELLARIUS: Coem-  
tione quod per se non emitur, sed  
proper melius adjiciatur. Atque ita  
mancipia vetula melioribus iuncta ven-  
debantur. Vel coemtionales sines, qui  
plures in cumulum vili precio ven-  
debantur.

l) Lib. cit. Cap. 8.

m) DE LAET Novus Orb. s. descript. Ind.  
Occident. Lib. XIV. Cap. 4.

n) HORAT. Od. 25. Lib. I.

E R R A T A

P. XV. lin. 5. leg. differunt. lin. 8. definiterint.

**ULB Halle**  
005 361 818



3



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres

Inches

Farbkarte #13

9794<sup>a</sup>  
9794<sup>b</sup>

No. 873,  
16

DE  
SENECTVTE  
NON HONORATA 1759  
PRAESIDE  
ANDREA FLORENTE  
RIVINOD  
POTENTISSIMI AC SERENISSIMI REGIS POLONIAE  
AC ELECTORIS SAXONIAE CONSILIARIO AVLICO  
DIG. VET. PROF. PVBL. ORD. CVRIAEC PROVINC  
CONSIST. ECCLES. ITEMQVE SCABINATVS  
ASSESSORE FACVLT. IVRID. SENIORE  
H. T. ACADEMIAE RECTORE  
IN AUDITORIO MAIORI  
PRO OBTINENDIS  
SVMMIS IVRIS VTRIVSQUE HONORIBVS  
D. VIII. IVNII 1759  
HORIS ANTE ET POST MERIDIEM CONSVETIS  
DISPV TABIT  
AVCTOR  
ERNESTVS GODOFR. CHRIST. KLÜGEL  
ADV. IMMATR. ET CIRC. ELECT. DEPV. STEVR. ACT.

VITEMBERGAE  
EX OFFICINA SCHLOMACHIANA

